tex. hic. vide. l. 7. tit. 8. par. 1  
vbi glo. 2.

33. Quæst.  
1. Summa. gl. quod  
autem, in princ. ex hac gl. desumpta  
fuit. l. 1. titu. 8. part. 4. vt ibi. d. glo. 1.

In ead. glo. in fin. ibi, vbi autem dubita-  
tur an præcesserit maleficium. vide gl. 3.  
l. 16. titu. 2. part. 4.

Cap. si per sortitias. 4. in prin. vide. l.  
16. titu. 2. part. 4. vbi glo. 2. tradit aliam le-  
gem partit. & conc. l. 5. titu. 8. part. 4. vbi  
glo. 1. & 7. & vide. l. fin. vbi glo. fin. per  
totam. cod. titulo. & l. fin. titu. 23. part. 7.  
vbi glo. 3.

33. Quæst.  
2. Cap. seculares. 1. in prin. vide. l. 8. titu.  
1. part. 4. vbi gl. fin. per totam.

Glo. eopromuaciales, in prin. vide gl. 4.  
per tex. ibi. l. 7. titu. 10. part. 4.

Cap. sanè. 4. post med. ibi, & pœna nul-  
li. videnda sunt posita. glo. fina. in fin. c.  
fraternitas. §. 12. quæst. 2.

Cap. inter hæc. 6. Cenedo in collecta  
nea ad decretum, collecta. 12.

Glo. 1. ante fin. ibi, imo viro hoc inter-  
dicitur. vide glo. 4. post prin. l. 14. titu. 17.  
part. 7. Anto. Gom. l. 80. Tauri, num. 52.  
vbi tradit plures. dd. Paz in praxi, tom. 2.  
fol. 9. col. 2. num. 53.

Cap. admonere. 8. in princ. conc. l. 14.  
titu. 2. part. 4. vbi glo. 1. & notat gl. 6.  
ante fin. l. 19. titu. 4. part. 1.

In tex. col. 2. in med. ibi, quanto magis  
per istum flagitiosissimum. vide Paz in  
praxi, tom. 2. fol. 9. col. 2. nu. 53. per totum.

Glo. pœnitentia, in prin. vide glo. 2. in  
fin. l. 12. titu. 1. part. 7. & glo. fin. in fin. l. 4  
titu. 17. part. 7. & glo. fin. ante fin. l. 4. titu.  
28. part. 7. Anto. Gom. tom. 3. c. 1. nu. 40.

in prin. & deinceps, vbi plura tradit. Ber-  
nar. Diaz in practica. c. 147. per totum,  
vbi Salzedo. vbi an crimina de iure ca-  
nonico præscribantur.

Glo.

Glo. carnem, ibi, vel lac. vide glo. 3. l. 3.  
titu. 7. part. 2.

Glo. nunquam. approbat. l. 19. titu. 4.  
part. 1. vbi glo. fin.

Cap. hoc ipsum. 11. in prin. vide gl. 13.  
post med. l. 25. titu. 4. part. 1.

Cap. de his. 12. in prin. conc. l. 14. tit. 2.  
part. 4. vbi glo. fin.

Glo. & militiae. vide Paz in praxi, to. 2  
fol. 9. col. 2. num. 53.

Glo. & circa. idem tenet glo. 2. in fin.  
l. 19. titu. 4. part. 1.

Cap. in adolescētia. 14. vide. l. 13. tit. 2.  
part. 4. vbi glo. 8.

Cap. quos Deus. 18. in princ. vide. l. 1.  
titu. 10. part. 4. vbi glo. 1.

Glo. non enim. vide gl. 4. ante med. l. 4  
titu. 3. part. 7.

Cap. antiqui, fin. post prin. ibi, reddeat  
ad coniugium. vide glo. 4. col. 8. in prin.  
l. 6. titu. 11. part. 6.

Glo. 1. post med. ibi, item habes. vide  
l. 38. titu. 18. part. 3. vbi glo. 5.

33. Quæst.

Tractatus de pœnitentia.

Quæstio. 3.

De pœni-  
tentia.

3. Summa, in prin. vide ex. l. 17. titu. 4.  
partit. 1.

Distinctio.

1. Summa. glo. vtrū, in fin.  
ibi, quia septenarius numerus perfectus,  
vide gl. 1. per tex. ibi, in septenario  
partit. 1.

Cap. sacrificium. 3. vide in conc. Trid.  
ses. 6. c. 14. post prin.

Cap. dixi. 4. Nauarro, tom. 3. in manua-  
li. c. 1. §. decimo infertur, num. 24. & de-  
inceps.

Cap. magna pietas. 5. glo. pronuncia-  
re. notat glo. fin. l. 1. titu. 4. part. 1. & gl. 5.  
l. 4. titu. 4. part. 1.

Cap. si quis non dicam. 6. vide. l. 11. ti-  
titu. 13. part. 6. vbi glo. 6.

Cap. cogitationis. 14. videnda sunt po-  
sita. c. cogitatio. 20. infr. hac distinctio.

Cap. vulgaris. 16. gl. totum, in. 2. linea,  
ibi, item argumentum. idem tenet gl. 3.  
ante med. l. 2. titu. 4. part. 1.

Cap. hæc autem. 17. Nauarro. 1. tom.

de alienatione rerum ecclesiasticarū, in  
prin. num. 19. & 20. & lib. 5. consilior. de  
sententia excōmunicationis, consil. 60.  
num. 1. pagin. 628.

Cap. pœnē. 18. post prin. ibi, proprium  
casum non excedunt. vide glo. 10. col. 2.  
ante med. l. 2. titu. 2. part. 7. disputat Na-  
uarro. 2. tom. rubrica, extra de iudicijs. §.  
decimum septimum, nu. 72. per totum.

Cap. aut facta. 19. in prin. conc. l. 3. tit.  
3. part. 7. vbi ponit quatuor species deli-  
ctorum, vbi videas glo. 1. cum alijs.

Cap. cogitatio. 20. in prin. vide. l. 2. titu.  
3. part. 7. vbi glo. 1. per totam. Ant. Go.  
tom. 3. c. 3. num. 30. post prin. vbi allegat  
plura iura. Nauarro, to. 2. de datis & pro-  
missis. §. octauo noto, nu. 14. per totum.

Cap. diuortium. 21. gl. ratum. vide. l. 16  
titu. 34. part. 7. vbi glo. 1. per totam.

Cap. periculosa. 23. ad fin. versi. subij-  
ciat ergo. notat glo. 1. col. 1. in med. l. 17.  
titu. 6. part. 1.

Cap. homicidiorum. 24. vide glo. 1. per  
tex. ibi. l. 13. titu. 6. part. 1.

Cap. omnis. 25. ibi, voluntate. ad idem  
plura iura cūmulat. Anto. Gom. tom. 3.  
c. 3. num. 30. post prin.

Cap. conuertimini. 34. in prin. vide con-  
cil. Trid. ses. 6. c. 5. prope fin. & notat gl. 1  
in prin. l. 23. titu. 4. part. 1.

Cap. resuscitatus. 35. 3. linea, ibi, cum  
enim Deus sit vita animæ. de hac vita  
spiritali plura Nauarro, to. 3. in manuali  
c. 27. num. 17. vbi quod peccato mortali  
separamur à corpore mixtico Christi.

Cap. omnis. el. ij. & 37. ad fin. versi. u.  
alij è contrario. vide. l. 1. titu. 4. par. 1. vbi  
glo. 3. & concil. Trid. ses. 13. c. 7. in med.  
quod etiam addendum est. c. sequenti.

Cap. perfecta. 40. Nauarro, tomo. 3. in  
manuali. c. 1. num. 1. & deinceps.

Glo. fructifera, ex principio huius glo.  
videtur desumpta. l. 23. titu. 4. partit. 1. &  
videnda sunt posita. c. omnis. 37. §. hac  
distinctio.

In ead. glo. col. 2. versi. sed nunquid de  
venialibus. ad hanc se remittit gl. 2. post  
prin. l. 23. tit. 4. par. 1. quæ ponit tres opin.  
Cap.

Nota.

Cap. agite. 44. in princip. vide glo. 2. in med. l. 23. titu. 4. part. 1.

Cap. & venit. 45. post med. versic. tibi soli peccavi. idem in concil. Triden. ses. 14. cap. 4.

Cap. sed & continuo. 46. vide l. 1. titu. 21. part. 7. vbi glo. 1.

Cap. serpens. 47. ad med. ibi, quod Deo creditur mentiendum. vide gl. 3. in med. l. 1. titu. 18. part. 1.

Glo. non desperata. vide glo. 1. in summa. titu. 27. part. 7.

Cap. multiplex. 49. col. 2. post prin. ibi mediator enim Dei & hominum. vide concil. Trid. ses. 5. in prin. & ses. 6. c. 1. prope fin. & l. 21. titu. 4. part. 1. vbi glo. 1. & glo. 1. per totam. l. 28. titu. 4. part. 1.

In ead. col. 2. ad fin. ibi, per inditia. ex hoc tex. desumpta fuit. l. 31. titu. 4. part. 1. vbi d. glo. penul. & finalis.

Cap. nemo. 50. glo. nec ligandi. ad hanc se remittit glo. 1. l. 11. titu. 34. part. 7.

Cap. verbum Dei. 51. in. 2. linea, ibi, sacerdos est iudex. idem tenet gl. 1. in prin. l. 21. titu. 4. part. 1. & vide l. 28. vbi glo. 1. per totam, eod. titulo. & concil. Triden. ses. 14. c. 5. post prin.

In tx. post med. ibi, heresis. nota, quod etiam tempore necessitatis heretico non est confitendum. idem tenet gl. 7. in fin. l. 21. titu. 8. part. 1.

Cap. potest. 52. glof. non valere. ex ea desumptam fuisse. l. 40. titu. 4. part. 1. testatur ibi glo. in summa.

Cap. quantumlibet. 53. in prin. vide. l. 24. titu. 4. part. 1. vbi glo. fin.

Cap. sunt qui arbitrantur. 56. vide glo. 13. post prin. l. 25. titu. 4. part. 1.

Glo. natura, iuncto tex. hic. vide. l. 19. titu. 21. part. 2. vbi glo. fin.

Glo. lapsus. ad idem notat glof. 3. l. 20. titu. 23. part. 3.

Cap. miror. 57. ibi, vnde cecideris memento. vide concil. Triden. ses. 6. cap. 14. ante fin.

Glo. eleemosyna, in princip. iuncto tex. hic. vide optimam glo. 1. per tex. ibi, l. 10. titu. 23. part. 1.

In ead. glo. ad fin. ibi, quia sicut. vide glo. 5. per tex. ibi. l. 15. titu. 13. part. 2.

Cap. si sacerdos. 59. in prin. notat gl. 5. in fin. quæ optime loquitur. l. 25. titu. 4. part. 1.

In tex. col. 2. post med. ibi, hoc est etiam blasphemiam de peccato in Spiritum sanctum. Nauarro. 3. to. in man. c. 23. nu. 126.

Glo. dimittendam. post prin. ibi, quam in poenitentia finalis. idem tenet glof. 1. in summa. titu. 27. part. 7.

Cap. voluissent. 60. gl. vt lepra, in prin. vide in summa tit. 2. part. 7. vbi gl. 3. & 5. lepra autem apud medicos elephantiasis, Græcè satyriam dicitur de qua agit Galenus, lib. de tumoribus præternaturalium. c. 14. & in alijs multis locis. Actio tetrabibli. 4. sermone. r. c. 120.

In tex. col. 3. ad fin. versi. tres quoque mortuos. concil. l. 24. titu. 4. part. 1. vbi gl. 1. per totam.

Cap. nouit. 64. Nauarro, tom. 3. de oratione & horis. c. 19. num. 54.

Cap. aliud. 65. Couarru. in practicis. c. 34. num. 3. & 4.

Cap. quamobrem. 68. post prin. ibi, & Niniuitarum. vide concil. Trid. ses. 14. c. 4. vbi idem tenet.

Cap. super tribus. 71. in prin. vide glof. penul. & fin. l. 23. titu. 4. part. 1.

Cap. secunda. 72. vide concil. Triden. ses. 6. c. 14. in prin. & ses. 14. de sacramento poenitent. canone. 2. & gl. 3. per tex. ibi l. 1. titu. 4. part. 1.

Cap. prædixerat. 75. gl. ante. vide gl. 2. post med. l. 2. titu. 15. part. 3.

Cap. medicina. 76. post prin. ibi, pecuniam habes, redime. ad idem notat gl. 1. in prin. l. 25. titu. 4. part. 1. & vide glof. 4. col. 2. ante fin. l. 2. titu. 28. part. 7. & l. 10. titu. 23. part. 1. vbi glo. 1. per totam.

Cap. medicamentum. 77. ad fin. ibi, date elemosynam. vide posita in c. præcedenti.

Cap. Deus. 78. ibi, sed qui culpam exaggerauerit. idem tenet glof. 13. post prin. l. 25. titu. 4. part. 1. vbi tenet, quod poenitentia debet imponi secundum qualitatem peccati, quam vide.

Cap.

Cap. fleat. 79. concil. l. 24. in fin. vbi gl. 2. titu. 4. part. 1.

Cap. Adam. 80. vide Paz in praxi, to. 1. fol. 34. col. 4. num. 2.

Cap. tres. 81. col. 2. in prin. ibi, nisi cum veteris vitæ poeniteat. concil. l. 5. vbi gl. 2. titu. 4. part. 1.

Cap. si peccatum. 82. vide. l. 28. titu. 4. part. 1. vbi glo. 1. per totam.

Cap. sicut. 83. vide in c. præcedenti.

Cap. in actione. 84. vide glo. 11. l. 25. titu. 4. part. 1.

Cap. mensuram. 86. glo. sacerdotis, ad med. dum tenet per paruam poenitentiam peccatum dimitti. vide glo. 13. de medio vsque in fin. l. 25. titu. 4. part. 1.

Cap. quis aliquando. 87. post prin. versi. his autoritatibus. vide l. 31. titu. 4. part. 1. vbi glo. 3.

In tex. col. 2. in med. versic. item illud Ioannis Chrysostomi. vide Paz in praxi, to. 1. fol. 138. col. 4. num. 9. 10. & 11. cum alijs pluribus.

In tex. paulo inferius. versi. non tibi dico vt te prodas. pro eius intellectu vide gl. 3. col. 2. ante fin. & per totam gl. in l. 4. titu. 29. part. 7. quæ ad longum tractat hanc materiam. Anto. Gom. tom. 3. c. 1. nu. 65. col. 2. in prin. & c. 12. num. 5. col. 2. ante med. & in fin. & deinceps.

In tex. col. 4. post prin. versic. è contra autoritas. vid. gl. 1. in fin. l. 18. tit. 4. part. 1.

In tx. col. 6. gl. nisi siclo. de hac mone ta Coua. de veteri collatione. c. 2. nu. 10.

Cap. quem poenitet. 8. post prin. ibi, non per nuncium, & c. ex hoc tex. desumpta fuit. l. 30. titu. 4. part. 1. vt ibi. d. glo. 1. & 2. quas videatis. & de confessione sacramentali. Nauarro, tom. 3. in manuali. c. 2. per totum, & c. 26. nu. 26. & deinceps. & an confessio sacramentalis possit fieri per epistolam. vide glo. per scripturam. c. qualis. 4. s. 30. quæst. 5.

Glo. omnino. ibi, idest de omni peccato. notat gl. 1. in fin. l. 23. titu. 4. part. 1.

In tx. post prin. ibi, erubescit enim ipsa parte habet remissionis. notat gl. 4. in prin. l. 23. titu. 4. part. 1.

In tex. col. 2. ad fin. versi. tanta itaq; vis est. ex hoc tex. desumpta fuit. l. 29. titu. 4. part. 1. vt ibi testatur glo. 1. & notat gl. 7. q. 2. post prin. l. 21. titu. 4. part. 1.

In tex. ante fin. ibi, flebat enim turba post filium viduam. vide. l. 24. per totam, vbi glo. 1. titu. 4. part. 1. & l. 28. vbi glo. 1. per totam, eod. titulo.

Cap. quamuis. 89. gl. pro quibus. idem tenet glo. 2. col. 2. post princ. l. 4. titu. 28. part. 7.

De poenitent. Distinct. 2. Cap. charitas. 5. col. 1. in med. versi. item hæc est charitas. Nauarro, tom. 3. in manuali. c. 11. nu. 18. & deinceps, & num. 21.

In tx. col. 2. ante med. ibi, quatenus spiritui ordinate subiectum. ad idem notat glo. 1. l. 37. titu. 4. part. 1. & vide glo. 3. in med. l. 45. titu. 5. part. 5.

Cap. querendum. 6. glof. manet. vide glo. 1. in fin. l. 9. titu. 2. part. 4. quæ allegat plura iura & glossas.

Cap. non reuertebantur. 10. ibi, qui enim perseuerauerit. concil. Trid. ses. 6. c. 13. in prin.

Cap. quia radix. 13. concil. l. 58. titu. 5. part. 1. vbi glo. 1. & vide. l. 4. titu. 3. part. 2. vbi glo. 3. licet non alleget. & l. 2. tit. 26. part. 2. vbi glo non allegat. Nauarro, to. 2. c. ita quorundam. 2. notabili, num. 1. & deinceps, extra de Iudæis.

Cap. charitas. 14. glo. sunt itaque. 3. linea, versi. virtus est. ad idem Nauarro. 3. tom. in manuali. c. 23. num. 3.

Cap. charitas. el. 4. & 19. vide. l. 6. tit. 12. part. 2. vbi glo. 1.

Cap. sicut tribus. 21. ante med. ibi, & in consuetudine. vide glo. 2. post med. l. 23. titu. 4. part. 1.

Cap. inter hæc. 23. gl. nollentes. iuncto tx. hic. vide. l. 5. titu. 2. part. 7. vbi glo. 1.

Cap. circuncisio. 28. vide concil. Trid. ses. 6. c. 7. post prin.

Cap. non est tam. 29. in prin. vide concil. Trid. ses. 6. c. 16. in prin.

Cap. tolle charitatem. 30. ad med. ibi, dum in extasi raptus angelice, & c. notat glo. 2. in summa. titu. 9. part. 1.

g Cap.

Cap. quomodo. 31. in med. ibi, veterē hominem. vide concii. Trid. fef. 5. in prin. nu. 5. pagin. 27. & fef. 6. c. 7. in fin.

Cap. quando. 33. notat gl. 2. in summa titu. 12. part. 1.

Cap. vt cognouerunt. 39. col. 1. ante fi. ibi, sicut homo solet loqui cum amico. vide tx. in summa, tit. 20. par. 1. vbi gl. 3.

Cap. principium. 45. in prin. notat gl. 1 in fin. l. 42. titu. 4. part. 1.

Distin. 3. De pœnitentia distinct. 3. Cap. pœnitentia. 1. conc. l. 18. titu. 4. part. 1. vbi glo. 1.

Cap. reperiuntur. 2. Nauarro. 1. tomo, c. inter verba. 5. conclusio. 39. corolario, numer. 60.

Cap. satisfactio. 3. Nauarro, tom. 3. in manuali. c. 3. nu. 1. & deinceps.

Cap. pœnitentiam. 6. in prin. conc. d. l. 18. titu. 4. part. 1. vbi glo. 1.

Cap. in casum. 17. versi. sed verba definitio. vide gl. 1. ante fin. l. 18. tit. 4. part. 1.

Cap. qui vult. 19. in prin. conc. l. fin. tit. 23. part. 1. vbi glo. 1. & l. 29. vbi glo. 1. titu. 4. part. 1.

Glo. elemosyna. vide l. 10. titu. 23. part. 1. vbi glo. 1. in med.

Cap. de quotidianis. 20. ante med. versi. dolet omnino. vide cōci. Trid. fef. 6. c. 11. pagina. 48. in prin. & fef. 14. c. 5. & vide glo. 2. ante fin. l. 23. titu. 4. part. 1.

Cap. nihil. 21. in prin. ex hoc tx. desumpta fuisse. l. 40. tit. 4. par. 1. d. ibi gl. in sum.

Cap. septies. 23. iuncta glo. 1. hic. vide in septenario part. 1. vbi glo. 1.

Cap. tota. 24. in med. versi. & corante. vide concii. Trid. fef. 14. c. 4. ad med.

Cap. ille rex. 25. glo. operatrix, in med. ibi, peccatum est dictum. Nauarro, 1. to. c. humanæ aures, quæst. 3. in prin.

Cap. illud. 26. in prin. vide. l. 1. titu. 4. part. 1. vbi glo. 3.

Cap. adhuc. 31. col. 2. post med. versi. quorum remiseritis. vide concii. Triden. fef. 25. in decreto de indulgētis, in prin. & fef. 14. c. 5. post prin.

Glo. semper. vide in septenario in proemio part. 1. vbi glo. 1. post prin.

In tex. ante fin. ibi, nisi quia quotidiana

na est offensio. vide concii. Trid. fef. 14. c. 5. ante med. & fef. 6. cap. 11. pagin. 48. in princip.

Cap. inter hęc hircum, el. ij. & 35. post med. versi. nam quia in Spiritum sanctū. notat glo. 1. in summa, titu. 26. part. 7.

In tex. ad fin. ibi, vsque ad fin. vite perseverare. vide gl. 1. in summa, tit. 27. par. 7.

Cap. sunt plures. 41. in prin. Nauarro, tomo. 2. c. cum contingat. 3. remedio, in prin. extra de rescriptis.

In tx. ante fin. ibi, de his tamen inquit: Inter ipsa flagella pœnitentiam egerūt. vide concii. Trid. fef. 14. c. 9.

Cap. querat. 43. ante fin. versi. satisfactio namque. Couarru. c. alma mater. 1. part. 5. 4. num. 13.

Glo. non percipitur, col. 2. 4. linea, ibi, nisi ad bonum temporale. Couarru. c. alma mater. 1. par. 5. 4. nu. 12. vbi ad longū.

Cap. si quis. fin. in prin. vide gl. 7. col. 2. post prin. l. 21. titu. 4. part. 1.

Glo. utilis. ibi, quo ad pœnam eternā. hoc est erroneum, vt. d. glo. 2. l. 40. titu. 4. part. 1.

De pœnitent. distinct. 4. Cap. si ex bono. 8. col. 4. ante fin. versi. finis ergo huius authoritatis. vide glo. 7. in fin. l. 25. titu. 4. part. 1.

Cap. in domo. 11. post prin. mulū, ibi, quia subtrahit se & latet. vid. l. 21. in prin. vbi glo. 1. titu. 4. part. 1. Nauarro, tom. 2. in rubrica, extra de iudicijs. 5. hæctenus, nu. 43. versi. ex quibus infertur, & to. 3. in manuali. c. 27. num. 279.

De pœnitent. distinct. 5. Summa. glof. impœnitentia, in prin. Nauarro, tom. 3. in manuali. c. 6. in prin. & deinceps, vbi a quo fuerit inuenta confessio.

In glo. in med. quatenus dicit confessionem Græcis nō esse necessariā, notat glo. 2. in prin. l. 23. tit. 4. part. 1. hæc tamē pars glo. in meo decreto cancellata est.

Cap. consideret. 1. in prin. ex hoc tex. desumpta fuit. l. 25. titu. 4. part. 1. vt ibi. d. glo. in summa, in fin. & gl. 1. & 9. ibi. Nauarro, to. 3. in manua. c. 6. in prin. & deinceps, vbi de circūstātia peccati. Ioā. Gu. in ca

Nota.

Distin. 4.

Distin. 5.

in canonicis quæst. c. 31. in prin. & deinceps, præcipue num. 31.

In tex. col. 2. glo. ideo, ibi, & est argumentum quod perfectus, &c. idem tenet glo. 5. l. 25. titu. 4. part. 1.

In tx. col. 3. ante fin. versi. cautus sit pœnitens. notat gl. 4. in prin. l. 23. tit. 4. par. 1.

In tex. ante fin. ibi, quærat fructus dignos. Nauarro, tom. 3. in manuali. c. 1. nu. 35. post prin.

In tex. ad fin. versi. pœnitentia. vide l. 28. tit. 4. par. 1. vbi glo. 1. ante fin.

Cap. qualitas. 2. vide l. 46. titu. 6. par. 1. vbi glo. 4. Nauarro, tomo. 3. in manuali, c. 3. num. 11.

Cap. contrarium. 3. vide l. 19. vbi glo. penulti. titu. 4. part. 1.

Cap. falsas. 6. in prin. vide glo. 13. post prin. l. 25. titu. 4. part. 1. & glo. 6. ante fin. l. 19. eod. titu. Nauarro, tom. 3. in manuali. c. 26. num. 15. & deinceps.

In tex. ad fin. ibi, hortamur vt faciat. conc. l. 40. in fin. vbi glof. penulti. & fin. titu. 4. part. 1.

Cap. negotium. 7. Nauarro, tom. 3. in manuali. c. 3. num. 11.

Distin. 6. De pœnitent. distinctio. 6. Cap. qui vult 1. in prin. Nauarro, to. 3. in manuali. c. 4. in prin. & deinceps, vbi totum hunc tex. prosequitur, & c. 26. in prin. & deinceps.

In tex. col. 3. in med. ibi, sapienter, & quasi a stute. vide glo. 4. l. 25. titu. 4. par. 1. Nauarro, tom. 3. in manuali. c. 5. in prin. & deinceps, vbi quid debet interrogare sacerdos pœnitentem.

Glo. inuestigator. hanc opinionem veriorē, & tenendam, fatetur gl. 1. prope fin. l. 26. titu. 4. part. 1.

Glo. rescindenda, iuncto tex. hic. vide 51. in prin. vbi glo. 2. titu. 5. part. 1.

Cap. sacerdos. 2. in princ. vide l. 35. vbi glo. 4. & fin. titu. 4. part. 1. & l. 3. titu. 9. part. 2. vbi glo. 6. & de sigillo confessionis, Nauarro, tomo. 3. in manuali. c. 8. in prin. & deinceps. Bernar. Diaz in practi. c. 109. per totū, vbi latissime Salzedo. Cenedo in collecta. ad decretū, collect. 60.

In tex. post prin. ibi, ignominiosus pe-

reginādo. vide l. 19. tit. 4. part. 1. vbi gl. 5.

Cap. placuit, fin. in med. ibi, sine eius consensu. vide glo. 2. in fin. & glo. 5. post prin. l. 21. titu. 4. part. 1.

Glof. pro ignorantia, ad med. ibi, sic, quia non est verisimile. idem tenet gl. 7. post med. l. 21. titu. 4. part. 1.

De pœnitent. distinct. 7. Cap. si quis pœnitent. 2. in fi. cōc. l. 38. tit. 4. par. 1. vbi gl. 1. Distin. 7.

Cap. si quis autem. 4. versi. item si scierem. vide glo. 8. post prin. col. 2. in l. 3. titu. 1. part. 4.

Cap. nullus. 6. in prin. conc. l. 38. titu. 4. part. 1. vbi glo. 1.

In tex. col. 2. ante med. versi. hic autem ignis. quatenus in hoc tx. tractat de purgatorio, vide l. 46. titu. 4. part. 1. vbi optima gl. 3. per totam plura de purgatorio, vbi etiam, an indulgentiæ concessæ pro existētibus in purgatorio illis profint: & contra Hostiensē concludit, qd sic. & alia multa ibi tradit, quam vide vsque in fin. concii. Trid. fef. 6. canone. 30. & fef. 25. in prin. vbi ponitur decretum de purgatorio. & videndū est in sanctionibus ecclesiasticis. 2. classe, sectione. 3. de satisfactioe purgatorio, decreto. 12. fol. 5. & de orationib. pro defunctis. c. 46. fol. 80. col. 3. D. August. super psal. 37. D. Tho. in. 4. distinct. 21. quæst. 1. arti. 1. D. Bona uentura, distinctio. 20. quæst. 3. articu. 1. D. Gregorio in Dialogis, lib. 4. in multis capitulis. Syluestro in summa, verbo purgatorium. & plura in audita, terribilia, & stupenda, de purgatorio S. Patri cij tradit Giraldus de Cambray in topographia Iberniæ, distinct. 2. Dionisius Carthusianus de quatuor nouissimis, articu. 48. & de particulari iudicio, arti. 24. & in nostra vulgari lingua tradit Didaeus de Yepes, amicus & contēporaneus meus, sempervenerandus, tam maximis virtutibus, quam studio perenni precinctus, in discursibus variæ historiæ, discursu. 51. per totū, vbi plura mirabilia, & in nostra lingua nunquā tacta congerit.

Nota. 2

Questio. 4. Summa. gl. q autē, in prin. vid. gl. 1. ante fi. & per totā. l. 9. tit. 2. par. 4. 33. Quest. 4.

Cap. quotiescunque. 2. conc. l. 7. titu. 2. part. 4. vbi glo. 17.

Cap. vir cum propria. 6. gl. voluptate, iuncto tex. hic. vide. l. 9. titu. 2. part. 4. vbi glo. 1. plura iura tradit.

Glo. quod defleant, ad fin. vult probare, coitum cum vxore, causa libidinis, peccatū esse veniale tantum. quod probat hic tex. ibi, aqua locus fuerit: qua venialia solummodo tolluntur. & quod hoc sit peccatum veniale tantummodo probat tex. expressus. l. 34. post prin. ibi, *of i gaxe con su muger sin intencion de fazer fruto*, utu. 34. part. 1. vbi hoc ponit tex. inter peccata venialia.

Cap. non licet. 8. glo. natales, in med. versu. natales vocantur. idem in summa, titu. 23. part. 1. vbi glo. 1.

Cap. non oportet. 10. vide. l. 18. titu. 2. part. 4. vbi glo. 3. allegat etiā tex. sequentem. & vide ibi gl. 8. & 9. per tex. ibi. hodie autē iure conc. Trid. scilicet. 24. de refor. matri. c. 10. non ā septuagesima, sed ā feria. 4. cinerū incipit prohibitio. & sic hic tx. in hoc est correctus, & vide Nauarro 3. tom. in manuali. c. 22. num. 71.

Cap. neque vxorē. 10. vide. d. l. 18. tit. 2. part. 4. vbi glo. 3. & 5.

Cap. Apostolus. 11. glo. fraudari. notat glo. 1. in fin. l. 9. titu. 2. part. 4.

33. *Quest.* 5. *Cap. si dicat. 1. Couarr. de spōsal. 2. par. c. 7. §. 2. in prin. & deinceps.*

Cap. notificasti. 2. in prin. vide. l. 40. in fin. titu. 6. part. 1. vbi glo. 6. & l. 11. titu. 7. part. 1. vbi glo. 3.

Glo. minis. vide gl. 3. l. fin. tit. 11. part. 3.

Cap. q̄ Deo pari. 4. in prin. vide. l. 9. titu. 8. par. 1. vbi gl. 1. & l. 7. tit. 2. par. 4. vbi gl. 13. per totam. & glo. 3. l. 1. tit. 9. par. 4.

In tex. post prin. versu. nam si nunquam tenuisses. vide. l. 12. titu. 23. par. 1. vbi glo. 1.

Glo. perseuera, in princ. ibi, sed quid. vide glo. fina. ante fin. l. 8. titu. 2. part. 4.

Cap. tūc saluabitur. 7. in fin. notat gl. 4. l. 25. titu. 6. part. 1.

Cap. qui sitit. 9. post prin. ibi, quia spon tētribuūt. & sic maius prēmium conse-

quitur, qui spōte facit meritoriū, quam qui ex præcepto. conc. l. 1. titu. 8. part. 1. vbi glo. fin. est tamen glo. contraria, verbo seipsum, per totam, in clementi. 1. de reliquis & vene. sancto. nisi intelligamus hunc tex. loqui de illo qui vouet ex mera voluntate. & sic conueniunt. & hanc resolutionem postea inueni in Abbate in cap. magnæ, num. 6. extra de voto, quem vide cum additione ibi, & vide concil. Trid. scilicet. 24. de sacramento matri. canone. 10.

Cap. qui vxorem. 10. in prin. vide gl. 6. in fin. l. 11. & glo. fin. ante fin. l. 12. titu. 7. partit. 1. & glōf. 3. in med. l. 40. titu. 6. partit. 1.

Glo. conuertatur, post prin. ibi, & dicit. H. vide glo. 3. post prin. vsque in fin. l. 2. titu. 10. part. 4.

Cap. manifestum. 11. in prin. vide. l. 3. vbi glo. 9. & l. 8. vbi glo. 4. & 5. titu. 8. partit. 1.

Glo. nisi auctor, in princip. vide glo. 8. l. 3. titu. 8. part. 1. & ibi glo. 9. & vide gl. 5. l. 8. eod. titu. & l. 7. tit. 2. part. 4. vbi gl. 10. per totam.

Cap. est ordo. 12. notat glo. fina. l. 21. titu. 7. part. 1. & an maritus possit tradi vxori suæ ad seruiendum, iuxta consuetudinem huius regni, Ant. Gom. tom. 2. c. 11. num. 53. per totum.

Cap. hæc imago. 13. in. 2. linea, ibi, vt vnus factus sit. vide glo. 1. in summa, titu. 9. par. 1. per tex. ibi. & vide. l. 12. tit. 23. part. 1. vbi glo. 4. & l. 8. titu. 8. part. 1. vbi glo. 5. Couarru. 2. part. de sponsalib. c. 7. in prin. num. 5. & de imagine Dei; Nauarro, tom. 1. c. illa anima, in princip. & deinceps. 5. de poenitent. distinctio. 2. & tom. 3. in manuali, præludio. 3. num. 16. 17. & 18. Genedo in collectanea ad decretum, collectan. 35.

Cap. satis. 14. ante med. ibi, lapidaretur. Anto. Gom. l. 80. Tauri, nu. 47. col. 2. versu. hodie, in med.

In tex. post med. ibi, alijs autem. Ant. Gom. l. fin. Tauri, nu. 7. & 8. per totum, vsque in num. 10.

Cap.

Nota.

Nota.

Causa. 34. *Quest.* 1.

Cap. cum captit. 15. in prin. vide. l. 12. titu. 23. part. 1. vbi glo. 4.

In tex. ad med. ibi, verbum autem domini blasphematur. vide gl. 2. in princ. in summa, titu. 28. part. 7. quæ tractat hanc materiam. quam vide per totam.

Cap. noluit. 16. in prin. vide. l. 8. titu. 8. part. 1. vbi glo. 2. & an maritus possit irritare votum vxoris suæ, quod fecerat in virginitate. Nauarro, tom. 3. in manuali, c. 12. num. 63. versu. interrogatus.

Cap. mulierem. 17. in prin. vide. l. 12. titu. 23. part. 1. vbi glo. 4. & notat glo. fina. in fin. l. 21. titu. 7. part. 1.

Glo. nec testis, iuncto tex. hic. hoc intelligendum iure canonico, iure autem ciuili, & regio, valere earum testimoniu firmat Anto. Gom. tom. 3. c. 12. num. 13. per totum.

Cap. Adam. 18. glo. 1. vide glo. 9. per tex. ibi. l. 3. titu. 17. part. 6.

Cap. mulier. 19. post med. ibi, quia Episcopus habet personam Christi. vide gl. 1. post prin. l. 1. titu. 16. part. 1.

Causa. 34. *Quest.* 1. *Cap. cum per bellicam. 1. in prin. vide glo. 1. & 4. per tex. ibi. l. 8. titu. 9. part. 4. Couarr. de sponsali. 2. par. c. 7. §. 3. nu. 6. Ioan. Gut. in practi. quæst. lib. 2. quæst. 8. nu. 4. ante fin. versu. non obstat.*

Cap. cum in. 2. glo. perdocuit. 1. linea, ibi, nam in præiudicium. vide gl. 7. in fin. l. 2. titu. 3. par. 4.

Cap. si quis. 4. gl. eū sequi. vidēda sunt posita. c. vnaquæque. §. 13. quæst. 2.

Cap. si virgo. 5. ibi, cum vero scierit. Couarru. regula possessor. 2. part. §. 7. in prin. & num. 4.

Glo. possidere, ad fin. ibi, non tenetur. vide gl. 1. ante med. l. 12. titu. 29. part. 3.

Cap. intellectum. 6. in prin. conc. l. 7. titu. 9. part. 4. vbi glo. fina. & vide glo. 1. in prin. l. 5. titu. 17. part. 7.

Glo. intellectum, in prin. vide glo. 11. l. 5. titu. 9. part. 6.

Cap. si quis. 8. cum sequenti. Couarru. c. alma mater. 1. part. §. 10. num. 17. col. 2. in med.

Cap. si quis. 9. vide. l. 13. in med. titu. 2. part. 4. Couarrub. c. alma mater. 1. part. §. 10. num. 17. col. 2. in med.

Cap. quidam, fin. videnda sunt posita c. præcedenti.

*Cap. causa. 35. Questio. 1. Summa, in princ. vide in summa, titu. 6. par. 4. vbi glo. 1.*

*Questio. 2. & 3. Summa, in prin. vide. l. 4. tit. 1. partit. 4. vbi glo. 5. & conc. Trident. scilicet. 24. de sacramen. matri. canone. 2.*

Cap. si quis cum matre. 5. vide. l. 13. in med. tit. 2. par. 4. & vidēda sunt posita. c. si quis cum matre. 9. §. 35. quæst. 2.

Cap. de incestis. 8. glo. habebunt. notat glo. 2. post prin. l. 13. titu. 2. part. 4.

Cap. de his. 9. vide. l. 1. tit. 18. part. 7. vbi glo. 1.

Cap. nec eā. 10. Nauarro, lib. 4. cōsilio. desponsali. cōsil. 7. nu. 1. & 4. pagi. 366.

Cap. extraordinaria. 11. in princ. vide glo. 5. l. 4. titu. 1. part. 4. & glo. 4. per totā l. 5. titu. 6. part. 4.

Cap. nulli. 18. ibi, neq; sine. cōc. conc. Trid. scilicet. 24. de refor. matr. c. 1. pagi. 271. ad fin.

Cap. contradicimus. 20. de eius intellectu Ant. Gom. tom. 1. c. 1. nu. 4. Spino, speculo testamen. gl. 1. principali, nu. 42.

*Questio. 5. Cap. ad sedem. 2. in princ. notat glo. 1. l. 3. titu. 6. part. 4.*

In tex. col. 1. post med. versu. hac ergo de causa. conc. l. 3. tit. 6. part. 4. vbi glo. 4. in prin. & per totam.

*Questio. 6. Cap. consanguineos. 1. in prin. cū sequenti. conc. l. 3. tit. 9. par. 4. vbi glo. 2. & vide. l. 15. vbi gl. 2. & 3. eod. titu.*

Cap. videtur. 2. vide in. c. præcedenti.

Cap. si duo. 4. vide glo. 3. in med. l. 14. titu. 9. part. 4.

Glo. sicut est fama, iuncto tx. hic. vide l. 2. titu. 3. part. 4. vbi glo. 6. & 7.

Glo. ecce, post prin. ibi, primo ponit sacramentum. vide glo. 7. in fin. per tex. ibi l. 14. titu. 1. part. 7.

Cap. Episcopus. 7. in prin. vide. l. 4. titu. 17. part. 3. vbi glo. 3.

In tex. ad fin. versu. illud sacramentum. vide glo. 3. in med. l. 14. titu. 9. part. 4.

g 3

Cap.

Causa. 35. *Quest.* 1. 2. & 3.

35. *Quest.* 5.

35. *Quest.* 6.

Hodie.

33. *Quest.* 5.

Cap. de parentela. 8. in prin. vide. l. 19. titu. 9. part. 4. vbi glo. 2.

In tex. ante med. ibi, quam in nominibus, vide. l. 1. titu. 9. part. 4. vbi glo. 1. & l. 17. vbi glo. 1. eod. titulo.

In tex. post med. ibi, quæ etiam, vide l. 19. titu. 1. part. 3. vbi glo. fin.

Glo. diuerso, ad fin. ibi, dico quod sic. idem tenet glo. 1. in fin. l. 17. titu. 9. par. 4.

Cap. multorum. 10. in prin. vide conc. Trid. ses. 24. de sacramen. matri. canone fin. Couar. de sponsalib. 2. part. c. 8. §. 12. in prin. & deinceps.

35. *Quest.* 7. *Questio.* 7. Summa. gl. 1. in prin. notat glo. 3. col. 3. post prin. l. 32. titu. 9. par. 6.

Cap. quid est. 1. vide Bar. l. 3. num. fin. ff. de testam. & gl. 3. col. 3. post prin. l. 32. titu. 9. part. 6.

35. *Quest.* 8. *Questio.* 8. Cap. incestuosi, fina. vide l. 13. in med. titu. 2. part. 4. & l. 1. titu. 18. part. 7. vbi glo. 1. in fin.

35. *Quest.* 9. *Questio.* 9. Cap. Apostolicæ. 4. glo. retractari, ad fin. ibi, quæ fit per in integrum, vide Paz in praxi, tom. 2. folio. 49. col. 3. num. 1. prope fin. vbi allegat Felinum, & Ripam.

Glo. conditionis, in med. ibi, sententia autem, vide. l. 14. titu. 22. part. 3. vbi gl. 1.

Cap. veniam. 5. glo. vt deprecamini. vide. l. 3. titu. 17. part. 1. vbi glo. 12. per tota.

Cap. grauè. 7. glo. quia, iuncto tex. hic. vide. l. 3. titu. 22. part. 3. vbi glo. 1.

35. *Quest.* 10. *Questio.* 10. Ca. fraternitatis. 1. in prin. notat glo. fin. in declaratione arboris affinitatis, vers. *es de saber*, tit. 6. part. 4.

In tex. multum, post prin. ibi, quomobrem, vide conc. Trid. ses. 24. in prin. de sacramento matrimonij.

Causa. 36. *Quest.* 1. *Causa.* 36. *Questio.* 1. Cap. lex illa. 2. ad med. vers. adulterium, conc. l. 1. titu. 17. part. 7. vbi glo. 3.

In tex. inferius, vers. strupum, plura de pcena strupi, tam in clericis, quã in laicis, Bernar. Diaz in practica. c. 83. per totu, vbi Salzedo.

In tx. paulo inferius, vers. incestus est. vide. l. 13. titu. 2. part. 4. vbi glo. 1. Couar. de sponsalib. 2. part. c. 6. §. 8. in prin. Ber-

nar. Diaz in practic. c. 84. per totum, vbi Salzedo.

In tx. ad fin. ibi, sed si ad ecclesiam cũ rapta, ad idem notat Paz in praxi, tom. 1. fol. 134. col. 2. nu. 142. quem vide.

Cap. de raptoribus. 3. post prin. ibi, aut ad seruiendum, conc. l. 2. titu. 11. partit. 1. vbi glo. 10. Anto. Gomez. l. 80. Tauri, nu. 40. vers. sed his non obstantibus, & tom. 3. c. 10. nu. 1. & 2. per totum, vbi an isti gaudeant immunitate ecclesiæ.

Gl. excusata, vide Iaf. §. fuerat, nu. 119 de actioni. Couar. de sponsalib. 2. part. c. 3. §. 8. num. 5. Paz in praxi, tom. 3. pag. 114. num. 13.

*Questio.* 2. Cap. eos qui. 1. vide conc. Trid. ses. 24. de refor. matri. c. 6. per totu.

Cap. raptores. 2. notat glo. 1. in fin. l. 6. titu. 1. part. 1.

Cap. si quis non dicam. 3. vide. l. 1. titu. 13. part. 6. vbi glo. 6.

Cap. de puellis. 4. ante med. ibi, vt siquidem clerici sunt, conc. conc. Trid. ses. 24. de reforma. matri. c. 6.

Glo. nullatenus, ibi, sed credo, vide gl. 12. post prin. vsque in fin. l. 4. titu. 3. par. 6. vbi dicit communem, & defendit. & vide gl. 3. col. 2. post med. l. fin. tit. 20. par. 7. Anto. Gom. l. 49. Tauri, nu. 2. Couarru. in. 4. de sponsalib. 2. part. c. 3. §. 8. per totum, & 9.

Cap. nullus. 6. vide conc. Trid. ses. 24. de reforma. matri. c. 9. in fin.

Cap. tria. 8. ante med. vers. secundum. Anto. Gom. l. 80. Tauri, num. 43. per totum, vbi ad longum.

Cap. placuit, fin. in prin. notat glo. 1. in fin. l. 6. titu. 1. part. 1.

### Tertia pars decreti.

Decreti, 3. pars.

#### De consecratione Distinct. 1.

Distinct. 1.

Cap. consecrationem. 1. in princip. notat glo. fina. in summa, titu. 10. partit. 1. quæ theorica magis congruit capitulo sequenti.

Cap.

Cap. tabernaculum. 2. post prin. vers. qualiter, vide glo. 5. ante med. l. 52. titu. 6. par. 1. & l. 33. titu. 5. part. 1. vbi glo. 1.

In tex. col. 2. post prin. ibi, ab Episcopis & non a cor Episcopis, vide. l. 13. titu. 5. part. 1. vbi glo. 9. & l. 1. titu. 10. part. 1. vbi glo. 5.

Cap. omnes. 3. conc. l. 13. titu. 10. part. 1. vbi glo. 1.

Cap. de locorū. 4. glo. absque præcepto, in. 2. linea, ibi, vel exaudi de ecclesia. idem tenet glo. fin. l. 14. titu. 5. part. 1.

Cap. præcepta. 5. cum sequenti. 6. vide glo. 3. l. 13. titu. 28. part. 3.

Cap. Basilicas. 6. vide in. c. precedenti.

Cap. ecclesia. 8. vide. l. 1. titu. 10. part. 1. vbi glo. 3. & l. 12. vbi glo. 6. & l. 14. vbi glo. 3. eod. titulo.

Cap. nemo. 9. el. j. conc. l. 2. tit. 10. par. 1. vbi glo. 2. & vide glo. 1. l. 3. titu. 13. par. 1. & l. 13. titu. 28. part. 3. vbi glo. 2. & 3.

In tex. ante fin. ibi, & ostensa donatione, conc. l. 2. per totam, titu. 10. part. 1. vbi glo. 3.

In tx. in linea sequenti, ibi, & postquã consecrata fuerit, vide. l. 12. titu. 10. par. 1. vbi glo. 1.

Cap. sicut. 11. in med. vers. fatius, vide conc. Trid. ses. 22. in decreto de obseruã. & vitan. in prin. pag. 222. & vide. l. 4. vbi glo. 2. in prin. & l. 5. vbi glo. fin. tit. 10. par. 1. Nauarro, tom. 3. in manuali. c. 27. nu. 239 Bernar. Diaz in practica. c. 39. per totum vbi Salzedo.

Cap. missarum. 12. vide in cap. precedenti.

Cap. ecclesias. 13. conc. l. 8. tit. 10. par. 1. vbi glo. 1.

Cap. hic ergo. 14. cũ sequenti, vide. l. 1. titu. 10. part. 1. vbi glo. 6. & conc. Trid. ses. 22. de obseruand. & vitan. pag. 222. in princip.

Cap. nullus. 15. vide in. c. præcedenti. & vide. l. 4. titu. 10. par. 1. vbi glo. fin. Bernar. Diaz in practi. c. 37. per totum, vbi Salzedo, licet hunc tex. non allegent.

Cap. solenitates, el. j. & 16. in princip. vide. l. 19. in fin. quæ idem tenet, titu. 10. part. 1. vbi glo. fin.

In tex. post prin. vers. de ecclesiarum, vide glo. fin. in fin. l. 3. tit. 4. part. 1. & l. 19. titu. 10. part. 1. vbi glo. 3.

Glo. nec testes, in. 2. linea, vers. super hoc enim factu, vide glo. 3. in fin. l. 19. titu. 10. part. 1.

Cap. ecclesie. 18. vide. l. 20. tit. 6. part. 1. vbi glo. 5. & l. 8. titu. 10. par. 1. vbi glo. 3. in prin. & l. 29. vbi glo. 3. post prin. eod. titu.

Cap. ecclesijs. 20. in prin. conc. l. 19. in prin. titu. 10. part. 1. vbi glo. 1. per totam; & quando dicatur ecclesia polluta, Nauarro, tom. 3. in manuali. c. 27. nu. 256.

Glo. semine. ad intelligentiã huius gl. Nota. vide optimã gl. 2. per totã (quæ conciliat contrariam glo.) l. fin. titu. 10. part. 1.

Cap. de fabrica. 24. in. 2. linea, ibi, instauranda, ex hoc tex. glo. 1. post princ. in. l. 1. titu. 10. par. 1. notat, quod reditus fabricæ non debeant consumi nisi in refectione ecclesiæ.

In tex. in med. ibi, a fundamentis, vide l. 1. titu. 10. partit. 1. vbi glo. 2. & l. 19. vbi glo. 2. eodem titulo.

In tex. ad fin. ibi, & missarū solennitate, vide. l. 13. titu. 10. part. 1. vbi glo. 1.

Glo. innouata, post prin. ibi, secus vero si simul parietes, vide. l. 1. in fin. titu. 10. part. 1. vbi glo. fin. in prin.

Cap. nullus, el. 2. & 25. ad fin. ibi, quod si fuerit degradet, vide. l. 12. tit. 10. par. 1. vbi glo. 3. & 5. & l. 2. tit. 7. part. 7. vbi glo. 4.

Cap. placuit. 26. vide. l. 10. tit. 10. par. 1. vbi glo. vna. & l. 12. vbi glo. 6. eod. titulo.

Glo. reliquiæ, vide. d. l. 12. tit. 10. par. 1. vbi glo. fin. tractat de hac glo.

Cap. ecclesiã, el. j. & 27. vide. l. 14. tit. 10. part. 1. vbi glo. 3. in princ. & post med. & conc. l. 8. titu. 13. part. 1. vbi glo. 1. & 6.

Cap. non oportet. 29. conc. l. 5. titu. 10. part. 1. vbi glo. penulti.

Cap. concedimus. 30. in prin. conc. l. 5. titu. 10. par. 1. vbi glo. 4. & 5. & vide glo. 10. l. 19. eodem titulo. & l. 12. vbi glo. 3. eodem titulo.

Cap. altaria, el. j. & 2. 31. & 32. vid. l. 14. titu. 5. part. 1. vbi glo. 3. & vide. l. 12. tit. 10. part. 1. vbi glo. 7.

Cap. vnicuique. 33. vide. l. 4. vbi gl. omnes. & conc. l. 5. titu. 10. part. 1.

Cap. clericos. 34. vide dic. l. 4. titu. 10. part. 1. vbi glo. fin. & concil. Trid. ses. 22. in decreto de obseruand. & vitan. pagin. 222. in prin.

Cap. si quis etiam. 35. in prin. conc. l. 5. titu. 10. part. 1. vbi glo. 3. & vide. l. 4. vbi glo. fin. eod. titulo.

Cap. tribus. 36. in prin. vide. l. 2. vbi gl. 1. & conc. l. 7. vbi glo. 1. & 3. titu. 10. part. 1.

Glo. difficultas. ad fin. ibi. quarta causa. sequitur. d. l. 7. titu. 10. part. 1. vbi gl. fin.

Cap. corpora. 37. Nauarro. lib. 3. consilioru. de reliquis & veneratio. sancto. consil. 2. num. 4. pagin. 354. & de sepulchris. consil. 5. num. 1. pag. 215.

Cap. ligna. 38. cum sequenti. vide. l. 64. titu. 4. part. 1. vbi glo. 6. & l. 8. tit. 10. part. 1. vbi glo. fina.

Cap. altaris. 39. in prin. vide in. c. precedenti.

In tex. post prin. ibi. quia non licet ea quæ. vide glo. 1. in fin. l. 8. titu. 4. part. 1.

Cap. nemo. 41. & 40. in prin. vid. gl. 2. l. 13. titu. 28. part. 3.

In tex. ad med. versi. Pallas vero. conc. l. 64. titu. 1. part. 1. vbi glo. 3. 4. & 5. Humada. l. 64. titu. 4. part. 1. glo. 4.

Glo. mortuum. vide. l. 13. titu. 13. part. 1. vbi glo. 2. in prin.

Cap. in sancta. 41. vide. l. 64. vbi glo. 2. titu. 4. part. 1.

Cap. vestimenta. 42. vide. l. 64. titu. 4. part. 1. vbi gl. 1. & fin. & l. 14. tit. 5. part. 1. vbi glo. 1.

Cap. vasa. 44. cum sequenti. ex his iuribus desumptam fuisse. l. 56. titu. 4. part. 1. dicit ibi glo. 1. & glo. 2.

Cap. vt calix. 45. vide in. c. precedenti.

Cap. consulto. 46. in prin. ex hoc tx. desumpta fuit. l. 57. titu. 4. partit. 1. vt ibi glo. 1. d.

In tex. in med. ibi. ab Episcopo. vide l. 4. titu. 5. part. 1. vbi glo. 2.

Cap. nocte sancta. 48. in prin. vide. l. 47. vbi glo. 3. & l. 48. vbi gl. 1. in prin. & l. 49. vbi glo. 2. titu. 4. partit. 1. Nauarro. lib. 3.

consilior. de celebratio. missarū. consil. 3. num. 1. pagin. 348.

Cap. sacramenta. 49. Bernar. Diaz in practica. cap. 34. per totum. vbi Salzedo diffuse.

Glo. à ieiunis. post prin. ibi. sed quando dicitur quis ieiunus. vide gl. 5. per tx. ibi. quæ ad hanc se remittit. l. 12. titu. 18. partit. 2.

Cap. solent. 50. post prin. ibi. qui nulla tenus ieiunare. vide Innocent. c. 1. de obseruat. ieiunio. num. 4. & glo. 3. post prin. l. 4. titu. 23. part. 1. Couarru. lib. 4. variar. c. 20. num. 14. Nauarro. tom. 3. de oratione. miscellaneo. 70. num. 3. & in manuali. c. 21. de ieiunio. num. 11. & deinceps.

In tex. paulo inferius. ibi. concurrenti ad missas. hoc intellige de consilio. non de præcepto. quia nemo tenetur audire missam ex præcepto. nisi die dominico. vt in. c. missas. infr. hac distinc. & hunc tex. notat glo. penulti. & fin. l. 47. titu. 4. part. 1. vbi tradit dictam solutionem.

Cap. necesse. 51. conc. l. 48. tit. 4. part. 1. vbi glo. 1.

Cap. & hoc attendendum. 52. in prin. vide. l. 47. titu. 4. part. 1. vbi glo. 3. Nauarro. lib. 3. consilior. de celebratio. missar. consil. 6. nu. 7. pag. 346.

Cap. sufficit. 53. in prin. conc. l. 49. tit. 4. part. 1. vbi glo. 1.

Cap. de lachrymis. 54. glo. gratiarum actiones. notat glo. 1. l. 59. titu. 4. part. 1.

Cap. hi duo. 55. ante med. ibi. quorum recuperationi. vide in summa tit. 2. par. 4. vbi glo. 2.

Cap. nullus. 57. in. 3. linea. ibi. cum baculo. vide glo. 5. l. 25. titu. 6. part. 1.

In tex. ante med. versi. cum vero. Bernar. Diaz in practica. c. 45. per totum. vbi Salzedo.

Cap. hoc quoque. 61. in prin. conc. l. 50. in fin. tit. 4. part. 1. vbi gl. fin. intelligit hoc in missis solemnibus. non autem in priuatis. in quibus sufficit quod vnus sit præfens.

Cap. omnes. 62. in prin. vide. l. 59. tit. 4. part. 1. vbi glo. 2.

prin.

Cap. missas. 64. in prin. vide glo. 2. l. 48. & conc. l. 59. titu. 4. part. 1. vbi glo. 2. ad longum Couarrub. lib. 4. variar. c. 22. in prin. & deinceps. & an metus excuset ab audienda missa. Nauarro. tom. 1. c. inter verba. 3. præludio. num. 4. post princ. & tom. 3. in manuali. c. 21. in prin. & deinceps. vbi ad longum de missa.

In tx. in fin. vid. l. 2. ti. 23. par. 1. vbi gl. 4.

Cap. cū ad celebrandas. 65. notat gl. 5. ante med. l. 9. titu. 6. part. 1.

Cap. qui die. 66. vide. l. 2. titu. 23. part. 1. vbi glo. 4.

Cap. Apostolica. 68. vide in historia Pontificali in vita Anastasij. j. 1. par. lib. 2. c. 8. fol. 69. col. 4. in prin.

Cap. omnis Christianus. 69. in prin. vide. l. 8. titu. 19. part. 1. vbi glo. 1. & 2.

Glo. vacuus. ad med. ibi. sed credo qd si sacerdos. vide. l. 9. titu. 19. partit. 1. vbi glo. 1. & 2.

*Distin. 2.* Cap. in sacramento. 1. concor. l. 52. titulo. 4. part. 1. vbi glo. 1. quod etiam adde. cap. sequenti.

Glo. 1. in prin. notat glo. penulti. l. 52. titu. 4. part. 1.

Cap. sic. 2. vide posita in prin. c. precedentis.

Cap. scriptura. 3. vide glo. 6. l. 52. titu. 4. partit. 1.

Cap. non oportet. 4. vide. l. 52. titu. 4. part. 1. vbi glo. 1.

Cap. in sacramento. 5. vide in cap. precedenti.

Glo. & frumentis. in med. ibi. nunquid si de lolio fiat panis. vide gl. 2. l. 52. tit. 4. part. 1. vbi gl. 4. 5. 6. & 7.

Cap. cum omne. 7. post prin. ibi. quosdam etiam. vide glo. 8. l. 52. titu. 4. part. 1.

In tex. col. 2. in med. ibi. Christo populus. vide. l. 53. titu. 4. part. 1. vbi glo. 1.

Cap. nihil. 8. vide. l. 47. titu. 4. part. 1. vbi glo. 1. concil. Triden. ses. 7. de sacramētis in genere. canone. 3.

Cap. pacem. 9. vide. l. 5. titu. 5. part. 1. vbi glo. 39. & l. 82. titu. 18. part. 3. vbi glo. 4. in princip.

Cap. relatum. 11. vide concil. Triden. ses. 13. c. 8. post prin. Bernar. Diaz in practica. c. 42.

Cap. quotidie. 13. vide concil. Triden. ses. 13. c. 7. in med.

Cap. omnis homo. 21. allegat in argumento. glo. 2. in fin. l. 4. titu. 11. part. 1. ad hoc. quod si aliquis morte condēnatus receperit hodie corpus Christi. non debet illo die suspendi. & est pro hac opinione. l. fina. titu. 1. lib. 1. noue recopilatio.

Cap. triformæ. 21. glo. fin. vide. l. 55. titu. 4. part. 1. vbi glo. 1.

Cap. tribus. 22. in med. ibi. digestus in secessum diffunditur. notat glo. 5. l. 12. titu. 18. part. 2. & quanto tempore duret corpus Christi in stomacho sumentis. Syluester in summa. verbo eucharistia. el. 3. num. 3 & 4. quod etiam adendū est. glo. hic. verbo miscere.

Cap. qui sceleratē. 24. in prin. vide concil. Triden. ses. 13. c. 7. in med. vbi idem tenet.

Cap. timorem. 25. vide concil. Triden. ses. 13. c. 7. post prin.

Cap. & dixit. 26. glo. quod à talibus. vide glo. 2. per tex. ibi. l. 4. titu. 26. part. 7.

Cap. si per negligentia. 27. Nauarro. tom. 3. in manuali. c. 25. num. 89. Bernar. Diaz. cap. 42.

Cap. si quis per ebrietatē. 28. vide Bernar. Diaz in practica. c. 41. per totum. vbi Salzedo.

Cap. peruenit. 29. in princ. conc. l. 61. titu. 4. part. 1. vbi glo. 1. & 3.

Cap. institutio. 31. glo. 1. in. 3. linea. ibi. solet queri. vide glo. 1. in fin. in summa. titu. 4. part. 1.

Cap. sacrificium. 32. vide concil. Trid. ses. 13. c. 3. in prin. & gl. 1. in med. in summa. titu. 4. part. 1. Nauarro. 3. tom. in manuali. c. 22. num. 1. post prin.

Cap. signum. 33. vide glo. 1. in med. in summa. titu. 4. part. 1.

Cap. panis. 39. glo. resurrectionis. iuncto tex. hic. notat glo. fin. prope fin. l. 12. titu. 10. partit. 1.

g 5 Cap.

Cap. ego Verengarius. 42. vide glo. 11 per tex. ibi. l. 13. titu. 5. part. 1.

Cap. prima. 44. in prin. vide conc. Trident. fef. 13. c. 8. ad med. & l. 50. titu. 4. part. 1. vbi glo. 8.

Cap. quid est Christu. 46. in prin. vide conc. Trident. fef. 13. c. 7. vbi concordat, & ibi cap. 8.

Cap. dupliciter. 49. vide conc. Trident. fef. 13. c. 8. in prin.

Cap. semel, el. j. & 51. in prin. conc. conc. Trident. fef. 13. c. 3. post med.

Cap. liquido. 54. in prin. vide gl. 8. per tex. ibi. l. 50. titu. 4. part. 1.

Cap. panis, el. ij. & 55. in princ. ibi, vbi accessit consecratio. vide conc. Trident. fef. 13. c. 4.

In tex. col. 2. ad fin. vers. accipite & bibe, & c. vide l. 54. titu. 4. par. 1. vbi glo. 1.

Cap. qui manducat. 58. ante med. vers. ne quando manducamus. vide conc. Trident. fef. 13. c. 3. ante fin.

Cap. panem. 64. vide conc. Trident. fef. 13. cap. 7. in med.

Cap. non prohibeat. 67. vide glo. 3. in summa, titu. 4. part. 1.

Cap. re vera. 69. in princ. vide conc. Trident. fef. 13. c. 8. in fin. & gl. 3. in fin. l. 68. titu. 4. part. 1.

Cap. iteratur. 71. ante med. ibi, infirmitas tamen peccati. vide conc. Trident. fef. 5. in prin. num. 5.

In tex. post med. vers. hoc quotienscunque feceritis, & c. conc. conc. Trident. fef. 13. c. 2. in prin.

Cap. qui manducat. 75. in princ. vide conc. Trident. fef. 21. de communione sub vtraque specie. c. 3.

Cap. de hac. 76. in prin. vide S. Thom. 3. part. quaest. 82. arti. 4. & quaest. 76. arti. 8. & ad idem notat Directorium curatorum, de eucharistia. c. 5. §. 2. vers. lo sexto se demanda, vbi non allegat.

Cap. singuli. 77. vide conc. Trident. fef. 21. de commu. sub vtraque specie. c. 3.

Cap. vbi pars. 78. vide coci. Trident. fef. 13. c. 3. in fin.

Cap. in illo. 85. vide l. 50. titu. 4. par. 1.

vbi gl. 8. & coci. Trident. fef. 13. c. 8. in prin.

Cap. praesbyter. 93. vide conc. Trident. fef. 13. c. 6. in prin.

Cap. qui bene. 94. Bernar. Diaz in practica. c. 44. per totum, vbi Salzedo.

Cap. pro dilectione. 95. cum sequenti. vide Syluestru in summa, verbo eucharistia, el. 3. num. 7. vers. quintum histriombus, vbi. d. quod farsantibus hodiernis dari potest sacramentum corporis Christi, vbi optime tractat quibus denegetur eucharistia. & vide glo. 4. per totam. l. 12. titu. 20. part. 1. quae optime tractat, licet non alleget hunc tex.

Cap. scenicis. 96. vide in. c. ræcedenti.

Cap. in altari, fin. vide glo. fin. l. fin. per tex. ibi, titu. 5. part. 1.

Cap. pronunciantium. 1. in princ. Navar. tomo. 3. in manuali. c. 13. in princ. & deinceps, vbi per. 19. numeros agit de diebus festiuis.

In tex. post med. ibi, ecclesiae dedicatio. vide l. 19. in fin. vbi glo. fin. titu. 10. part. 1.

Cap. rogationes. 3. Cenedo in collectanea ad decretum, collectan. 45.

Glo. plebs. idem tenet gl. 4. ante fin. l. 1. tit. 1. part. 6.

Cap. Episcopus. 4. Navar. tom. 3. de oratione & horis, c. 5. nu. 16. per totum.

Cap. non liceat. 6. vide in. c. sequenti.

Cap. non oportet. 7. vide glo. 4. ante med. l. 4. titu. 23. part. 1. & l. 5. tit. 23. par. 1. vbi glo. 2. per totam.

Cap. de esu carni. 11. vide l. 4. tit. 23. part. 1. vbi glo. 3. in prin. Spino, speculo testamentor. glo. 3. prin. num. 70. ad fin. & deinceps.

Cap. sabbatho. 13. in prin. vid. l. 6. tit. 23. part. 1. vbi glo. 1. & in historia Pontificalli. 1. part. lib. 2. c. 9. fol. 70. col. 4. in med.

Cap. ieiunium. 14. cum sequenti. vide d. l. 6. tit. 23. par. 1. vbi glo. fin. per totam. & videnda sunt posita. c. quadragesima. 16. ibi, praeter dies dominicos, inf. de consecratione distinct. 4.

Cap. ne quis ieiunet. 15. in princ. vide posita in. c. precedenti.

Cap.

Cap.

Cap.

Cap.

Cap.

Cap.

Cap.

Nota.

Distin. 3.

Nota.

Distin. 4.

Cap. ieiunia. 16. in prin. vide gl. 1. per tex. ibi. l. 6. titu. 23. part. 1.

In tex. post med. vers. die autem dominica. vide l. 2. titu. 23. part. 1. vbi glo. 3. quae optime loquitur. & l. 6. vbi glo. 1. eodem titulo.

Cap. de poenitentibus. 17. in prin. conc. l. 19. titu. 4. part. 1. vbi glo. 2. & vide conc. Trident. fef. 14. c. 8. post med.

Cap. litteris. 18. ante med. ibi, annos in cena. notat glo. 1. in fin. l. 14. tit. 4. part. 1.

Cap. nosse vos. 21. cum sequenti. notat glo. penulti. l. 34. titu. 4. part. 1. Couarru. lib. 1. variar. c. 17. nu. 1. post prin. & deinceps, vbi de Paschae celebratione.

Cap. celebritatem. 22. vide in. c. precedenti.

Cap. venerabiles. 28. de veneratione imaginum tradit Damascenus, lib. 3. & 4. orthodoxe. c. 8. vbi cultum imaginum Apostolicam esse traditionem docet. Beda in historia Anglorum, saepius. Staniflaus Osius Cardinalis, lib. 2. rerum ecclesiasticarum, conciliu Nizenum. 2. aetione. 6. vbi sic statuitur: Trecetis etiam primis annis, vsque ad Constantinum, Christi & martyrum facta, vt eorum memoriam in oculis perpetuo ferrent, alij in tabulis expresserant, alij in vestibus sacris, alij in preciosis repositorijs, in quibus in cruenta sacrificia per agebantur, imagines pingerant. & sane haec euidenter ad nostra vsque tempora ostenduntur, durabuntque per saecula.

Cap. De consecratione distinct. 4. Cap. necessarium. 1. glo. necessarium, post prin. ibi, & quidem baptismus. aliam tradit definitionem glo. 1. in prin. l. 2. titu. 4. par. 1.

In ead. gl. ante fin. ibi, quot sunt genera baptismi. conc. l. 4. tit. 4. par. 1. vbi glo. 1.

Glo. sacramentum, ad fin. ibi, item si alius licor. d. communiter receptam gl. 2. l. 2. titu. 4. part. 1.

Cap. per baptismum. 2. in prin. vide gl. 7. ante fin. l. 1. titu. 4. part. 1.

Gl. totu. idem tenet gl. 2. l. 5. tit. 4. par. 1.

Cap. firmissime. 3. in princ. vide glo. 1. per tex. ibi. l. 1. titu. 4. part. 1.

In tex. ante med. vers. firmissime. coci. l. 1. vbi glo. 2. titu. 4. part. 1.

Cap. filius Dei. 8. ante fin. vers. nisi quis renatus fuerit. vide conc. Trident. fef. 5. in prin. num. 4. in fin. pagin. 27. & fef. 6. c. 4. & fef. 7. de baptismo, canone. 2.

Cap. per aquam. 9. in prin. vide l. 3. tit. 4. part. 1. vbi glo. 3.

Cap. proprie. 13. post prin. vers. confulti enim. vide coci. Trident. fef. 5. in princ. num. 5. pagin. 27.

In tex. vers. euntes docete. vide conc. Trident. fef. 6. c. 6. in fin.

In tex. ad fin. vers. agite poenitentiam. vide conc. Trident. fef. 6. c. 6. ante fin. & fef. 14. c. 1. pagin. 126. in prin.

Glo. trium millium, post princ. ibi, sed pone. ad idem notat glo. 3. l. 2. titu. 4. part. 1.

Cap. constat. 19. in princ. vide l. 5. vbi glo. 5. & l. 8. vbi glo. 1. titu. 4. part. 1.

Cap. mulier. 20. coci. l. 5. in fin. vbi glo. 1. titu. 4. part. 1.

Cap. de vxore. 7. vide. l. 5. titu. 13. part. 1. vbi glo. 5. post prin. quae plura tradit circa illos qui possunt elligere sibi sepulchram.

Cap. cum super. 8. glo. quarta, contrarium disponit. l. 5. titu. 13. part. 1. vbi gl. 10 dicit opinionem huius glo. veriore. & vide ibi glo. 11. per totam.

Cap. certificari. 9. glo. consuetudinem, iuncto tex. hic, vide. l. 5. tit. 13. part. 1. vbi gl. 9. vbi lex illa dicit contrariū. & gl. 10. ibi, dicit opinionem huius gl. veriore.

Cap. in nostra. 10. ante med. vers. talē, ibi, nisi apud eos. vide. l. 5. titu. 13. part. 1. vbi gl. 3. post prin. plura iura tradit, circa illos qui possunt sibi elligere sepulchram.

In

In tex. inferius, ibi, praeter quam de equis & armis. conc. l. 6. tit. 13. part. 1. vbi glo. 5.

In tex. paulo inferius, ibi, nisi dolo, vel fraude. vide. l. 5. titu. 13. part. 1. vbi glo. 6. in prin.

In tex. ante fin. ibi, vniuersa quae ipsius intuitu. vide. l. 5. titu. 13. part. 1. vbi gl. fin.

Cap. ex parte. 11. vers. quo circa mandamus, notat glo. 1. col. 2. in prin. l. 13. titu. 9. part. 7. & vide glo. 1. ante fin. l. 2. titu. 27. part. 7.

Glo. non sponte, in prin. vide gl. 1. col. 2 in prin. l. 13. titu. 9. part. 7.

In ead. glo. in linea. 2. ibi, sed si sic credebatur, notat glo. 3. post prin. l. 16. titu. 18. partit. 2.

Glo. communicabatur, in fin. ibi, item in his qui post mortem. vide. l. 8. titu. 13. part. 1. vbi glo. 2.

Cap. sacris. 12. in med. ibi, exhumari. vide. l. 8. titu. 13. part. 1. vbi glo. 5. & 7. & l. fin. titu. 9. part. 1. vbi glo. penul. & l. 14. titu. 10. part. 1. vbi glo. 3. in princ. & post med. & l. 2. titu. 28. part. 2. vbi glo. fina. & quatenus hic tx. probat exhumanda esse ossa haereticorum, si discerni possint ab ossibus catholicorum, si autem discerni non possint, minime exhumari debent. huius decisionis ea potest esse potissima ratio quam iuriscōsultus tradit, quia melius est nocentem impunitū relinque-

Nota.

re, & c. l. absentē. 5. ibi fatius est enim, cū ibi positus. ff. de penis. Facit illud Matth. 13. d. vbi eo quod zizania nō poterat separari à tritico, iussit pater familias ne erradicaretur, vsque in tēpore messis. & illud vulgare proberb. *no han de pagar justos por peccadores.*

In tex. ad fin. ibi, cum licet non oblit. conc. l. 42. titu. 4. part. 1. vbi glo. fin.

Cap. abolendae. 13. in prin. vide glo. 2. l. 4. titu. 13. part. 1.

Glo. sepultura, in prin. ex hac desumpta fuit. l. 1. titu. 13. part. 1. vbi d. glo. 1.

Cap. parochiano. 14. vide glo. 2. col. 2. ante med. l. 10. titu. 6. part. 6. & vide gl. 3. in fin. l. 10. titu. 9. part. 7.

In tex. post med. vers. sed eius haeredes. vide. l. 25. vbi glo. 2. & l. 28. vbi gl. 4. ad fi. tit. 9. part. 1. & glo. 9. col. 2. post med. l. 25. titu. 1. part. 7. Anto. Gom. tom. 3. c. 1. nu. 85. ad fin. Couarru. lib. 3. varia. c. 3. nu. 7.

Glo. denegari, iuncto tex. hic. voluit allegare Anto. Gom. tom. 3. c. 14. nu. 8.

*De parochijs & alienis parochianis. Titulo. 29.*

Titul. 29.

¶ Vide. l. 21. 22. & 34. titu. 4. part. 1. Navarro, lib. 3. consilior. pagin. 216. col. 1. tradit vnum consilium.

Cap. si Episcopus. 1. post prin. ibi, id est vt alia loca. vide. l. 21. titu. 6. partit. 1. vbi glo. 3. per totam. & conc. Trid. ses. 24. de reforma. c. 13. in fin.

In tex. paulo inferius, ibi, ita vt ille diuidat qui amplius. d. fortem tex. l. 8. quaedam, num. 65. de actionib. & notat glo. fin. quæst. 4. post med. l. 2. titu. 32. part. 7. Couarru. in practicis. c. 40. num. 2.

Cap. vt dominicis. 2. in prin. vide conc. Trid. ses. 22. in decreto de obseruandis, & vitandis, prope fin. pag. 223. & vide. l. 21. titu. 6. part. 1. vbi glo. 3. per totam. & gl. 2 l. 2. titu. 23. part. 1. vbi d. hoc procedere de honestate. ad longum Ioan. Gutie. in canonicis quæst. c. 30. in prin. & deinceps. Cenedo in collectanea ad decretales, collectan. 104.

Cap. nullus. 3. vide. l. 2. titu. 12. partit. 1. vbi glo. 4.

Cap. super eo. 4. in prin. vide glo. 5. per totam. l. 7. titu. 9. part. 1. Paz in praxi, to. 3. pagin. 24. col. 1. num. 7.

Cap. significauit, fin. vers. fraternitati tuæ madamus. notat gl. 5. prope fin. l. 21. titu. 4. part. 1. & vide. l. 22. in prin. vbi gl. 2 eod. titulo. & l. 1. titu. 20. part. 1. vbi gl. 2. & glo. 1. post prin. l. 7. eod. titu.

In tex. ante fin. ibi, & in vltimarum partibus. hunc voluit allegare glo. 7. l. 2. titu. 18. part. 3.

Glo. habitatores, in princ. vide glo. 1. col. 1. in fin. l. 5. titu. 13. part. 1.

Glo. praediorum, iuncto tex. hic. vide l. 1. titu. 20. part. 1. vbi glo. 2.

De

## De decimis primicijs, &amp;c.

Titul.30.

## Titulo.30.

¶ Vide. l. 55. titu. 6. part. 1. vbi gl. in margine. & titu. 19. & 20. part. 1. & an decimæ possint pignori, vide Iaso. §. item seruiana, nu. 109. & 110. de actioni. vbi breuiter concludit quod sic. & circa hanc rubricā, Suarez, allegatio. 28. per totam. Nauarro, tom. 3. in manuali. c. 21. nu. 28. & deinceps. & lib. 3. consilior. pagi. 216. colun. 2. & deinceps, tradit duo consilia. Ioan. Gutie. in practi. quæstio. lib. 1. quæst. 14. vsque ad. 20. per totam. & in consilijs suis, consi. 5. vbi ponit priuilegiū societatis Iesu, & consilio. 6.

Cap. decimam. 1. in prin. notat glo. 4. l. 55. titu. 6. part. 1.

In tex. in med. versu. at vero primitiæ, vide glo. 2. l. 55. titu. 6. part. 1. & l. 1. tit. 19. part. 1. vbi glo. 3.

Glo. magistrorum, in prin. vide. l. 4. tit. 19. part. 1. vbi glo. 1.

Cap. nouum genus. 2. glo. debent, iuncto tex. hic, vide. l. 2. titu. 20. part. 1. vbi glo. 2.

Cap. ex multiplici. 3. in prin. vide. l. 2. titu. 20. part. 1. vbi glo. 6. & conc. l. 39. titu. 18. part. 3. vbi glo. 3. per totam. & notat glo. 1. in fin. l. 3. titu. 13. part. 5.

In tx. ante med. ibi, leguminibus quando vineret, idem defendit Paz in praxi, tom. 2. fol. 20. col. 4. nu. 15.

In tex. post med. versu. unde quia non fuit, conc. l. 5. titu. 20. part. 1. vbi glo. 2. & vide glo. 1. l. 8. eod. titu.

Glo. intentionis, iuncto tex. hic, vide glo. 2. post med. l. 5. titu. 5. part. 1. & l. 28. titu. 34. part. 7. vbi glo. 2.

Cap. commissum. 4. in prin. vide. l. 2. titu. 20. part. 1. vbi glo. 4. & gl. 1. post med. l. 7. eod. titulo.

In tex. post med. ibi, & sicut etiam de pascuis, vide Paz in praxi, tom. 2. fol. 21. col. 2. num. 24. vbi tradit. l. 2. titu. 20. part. 1. & vide dictum Paz vbi s. nu. 25. & 31.

Glo. pascuis, vide Paz in praxi, tom. 2. fol. 21. col. 3. num. 32.

Cap. peruenit. 5. ante med. ibi, sub excommunicationis, vide conc. Trid. ses. 25. de refor. c. 12. post prin. Paz in praxi, tom. 2. fol. 21. col. 4. nu. 41. per totum.

In tx. in med. ibi, molendinorum, &c. vide Paz in praxi, tom. 2. folio. 21. col. 1. nu. 21. & 23. vbi tradit. l. 2. tit. 20. par. 1.

Cap. cum homines. 7. in prin. vide. l. 13. titu. 20. part. 1. vbi glo. 1. per totam. & conc. l. 17. vbi glo. 1. eod. titu. & vide Paz in praxi, tom. 2. fol. 21. col. 3. num. 36. vbi tradit. l. partit.

Glo. frugibus, in prin. ibi, quia tardius, & potest excommunicari, secundū Paz in praxi, tom. 2. fol. 21. col. 4. nu. 41.

Cap. dilecti. 8. post med. ibi, quas conduxistis, vide. l. 5. titu. 20. par. 1. vbi glo. 4.

Cap. suggestum. 9. conc. l. 43. titu. 18. part. 3. vbi glo. 2. & notat glo. 3. col. 2. in fin. l. 6. titu. 19. part. 1. & conc. l. 4. titu. 20. part. 1. vbi glo. 4. & l. 5. vbi glo. 1. eodem titulo. & vide glo. 2. post prin. l. 23. titu. 20. part. 1.

Cap. ex parte. 10. in princ. vide. l. 2. vbi glo. 4. & l. 4. vbi glo. 3. per totam, titu. 20. part. 1.

Cap. licet. 11. ex hoc tx. desumpta fuit l. 5. titu. 20. part. 1. vbi ita. d. glo. fin.

Cap. ad audientiam. 12. vide. l. 5. tit. 33. part. 7. vbi glo. 2. in fin.

Cap. quoniam. 13. in med. ibi, tua parte retenta, vide glo. 3. in fin. l. 8. titu. 10. part. 1. & glo. 1. post prin. vsque in fin. l. 7. titu. 20. part. 1. & l. 22. vbi glo. 2. eodem titulo.

Cap. parochianos. 14. vide conc. Trid. ses. 25. de refor. c. 12. in prin. & l. 22. tit. 20. part. 1. vbi glo. 1.

Cap. ad hæc. 15. vide glo. 2. per tex. ibi l. 22. tit. 20. par. 1. vbi tradit rationem decidendi. & vide conc. Trid. ses. 25. de reforma. c. 7. in prin.

Cap. de terris. 17. vide. l. 2. tit. 20. par. 1. vbi glo. 5. & l. 6. vbi glo. 2. eod. titulo.

Glo. persolendas, conc. l. 12. versu. e mando, titu. 20. part. 1.

Cap. quamuis. 17. glo. concefferit, in in prin. commoditas tamen percipiendi deci-

decimas potest laico concedi. Anto. Gom. tom. 2. c. 15. nu. 17. col. 2. post med.

In glo. in med. versu. fructus vero decimarum, approbat. l. 22. titu. 20. part. 1. vbi glo. 3. & 4.

Cap. cū sint homines. 18. post med. ibi & ideo in huiusmodi dubitatione, &c. conc. l. 7. titu. 20. part. 1. vbi glo. 1. post medium.

Cap. prohibemus. 19. vide. l. 22. titu. 30. part. 1. vbi glo. 2. per totam. & quod pro decimis competat actio confessoria ex hoc tex. notat Iaso. §. eque, num. 35. de actionib. comoditas tñ percipiendi decimas bene potest laico concedit, Anto. Gom. tom. 2. c. 15. nu. 17. col. 2. post med. Couarru. lib. 1. variar. c. 17. num. 5. versu. præter hæc. Ioan. Gutie. in practi. quæst. lib. 1. quæst. 15. num. 4. in med. 5. & 6.

Cap. ad Apostolicæ. 20. post med. ibi, decimæ personales, vide. l. 1. tit. 20. par. 1. vbi glo. 2. & l. 11. vbi glo. 1. eod. titu.

Glo. personales, in prin. ex hac glo. desumpta fuit. l. 9. titu. 20. part. 1. vbi glo. 1. in prin. vsque in fin. & ibi glo. 7. per totam. & glo. 4. per tex. ibi. l. 3. tit. 9. par. 2.

In ead. gl. in med. ibi, vbi ergo pascuntur continue, vide Paz in praxi, tomo. 2. folio. 20. col. 4. num. 12. qui tradit plures doctores.

In tex. ad fin. ibi, quod per consuetudinem, idem tenet glo. 1. post med. l. 7. titu. 20. part. 1.

Cap. ex parte. 21. cum tribus sequentibus, vide. l. 2. titu. 20. part. 1. vbi glo. 6. Paz in praxi, tom. 2. fol. 21. col. 2. nu. 20.

Cap. non est. 22. in prin. vide in. c. præcedenti.

In tx. post prin. ibi, de vino, grano, vide Paz in praxi, tom. 2. fol. 20. col. 4. nu. 14. vbi tradit S. Thom. & alios. & vide ibi num. 15. 27. & 34.

In tex. paulo inferius, ibi, de ipsa militia, vide. l. 3. titu. 20. part. 1. vbi glo. 1.

In tex. inferius, ibi, ecclesiastica distictione, vide conc. Trid. ses. 25. de refor. c. 12. post prin.

In tex. ad fin. ibi, expensas, conc. l. 13.

titu. 20. part. 1. vbi glo. 1. per totam.

Cap. ex transmissa. 23. post prin. ibi, tenetur, vide conc. Trid. ses. 25. de reform. c. 12. in prin.

In tex. ad fin. ibi, de molendino aduentum, vide Paz in praxi, tom. 2. fol. 21. col. 1. nu. 21. vbi tradit. l. 2. titu. 20. par. 1.

Glo. licite, post princ. ibi, non accipias mercedem meretricis, vide. l. fin. titu. 19. part. 1. vbi glo. 8. & glo. 2. l. 3. tit. 20. par. 1. & l. 12. titu. 20. part. 1. vbi glo. 1. & l. 10. titu. 23. part. 1. vbi glo. 2.

Cap. a nobis. 24. conc. l. 6. titu. 20. par. 1. vbi glo. 3. & vide. l. 23. vbi glo. 2. in prin. eodem titulo.

Cap. tua. 25. ibi, porrò cum laicis, &c. vide. l. 55. titu. 6. part. 1. vbi glo. 1. & l. 56. vbi glo. 1. eod. titu. & notat gl. 1. in med. l. 28. titu. 5. par. 1.

§. nec occasione, vid. l. 23. tit. 20. par. 1. vbi glo. 3.

Cap. tua. 26. in prin. ex hoc tx. desumpta fuit. l. 14. titu. 20. par. 1. vt ibi. d. glo. 1.

In tex. ad med. ibi, non quidem deductis sumptibus, conc. l. 13. titu. 20. part. 1. vbi glo. 1. per totam. & ex hoc tex. nota, quod colonus partarius tenetur mittere semen in terra suo sumptu, licet hoc in contractu non exprimat, secundum glo. 2. l. 79. titu. 18. part. 3. & vide glo. 9. in fin. l. 22. titu. 8. part. 5. & glo. 5. l. 4. titu. 14. part. 6. Spino. speculo testamentor. gl. 13. prin. num. 36.

In tx. paulo inferius, ibi, in signum vniuersalis domini, conc. l. 7. titu. 20. part. 1. vbi glo. fin.

In tex. multum inferius, ibi, pro suo cultu concessit, vide glo. 1. post prin. l. 9. titu. 20. part. 1.

In tex. inferius, ibi, distictione, vide conc. Triden. ses. 25. de reforma. cap. 12. post prin.

In tx. paulo inferius, ibi, sicut colonus de parte fructuum, vide. l. 13. tit. 20. par. 1. vbi glo. 2.

In tx. ante fin. ver. qm̄ igit. vid. l. 2. tit. 20. par. 1. vbi gl. 1. Ias. §. eque, nu. 35. de actio. conc. Trid. ses. 25. de refor. c. 12. in prin.

Glo.

Glo.tributa ad fili. ibi, vel petuntur co  
de. Etone ex canone. idem tenet Paz in  
praxi, tom. 2. fol. 20. col. 1. num. 4. & 5.

Cap. pastoralis. 28. in prin. vide. l. 1. tit.  
20. part. 1. vbi glo. 2. per totam

In tex. post prin. ibi, deducendas expen  
sas. vide Paz in praxi, to. 2. fol. 21. col. 1.  
num. 38. qui tradit. l. 15. titu. 20. part. 1. vbi  
glo. 1. & fin. & vide. l. 13. titu. 20. partit. 1.  
vbi glo. 1. per totam.

In tex. post med. ibi nisi, cum onere  
decimarum. conc. l. 6. titu. 20. part. 1. vbi  
glo. 4. & vide. l. 16. titu. 20. part. 1. vbi opti  
ma glo. 1.

Glo. expensas. idem tenet glos. 2. l. 15.  
titu. 20. part. 1.

Glo. quasi, post prin. ibi, super hoc di  
cas. vide glo. 4. in med. l. 21. titu. 3. par. 6.

In ead. gl. ad fin. ibi, sed nunquid. vide  
l. 3. titu. 20. part. 1. vbi glo. 1. hunc tex. vo  
luit allegare.

Glo. decimandis. ex hac glo. desumpta  
fuit. l. 16. titu. 20. part. 1. vbi glo. 2.

Cap. cum contingat. 29. in princ. notat  
glo. 17. ante fin. l. fin. titu. 15. part. 7.

Cap. cum in tua. 30. glo. minutas. vide  
Paz in praxi, tom. 2. fol. 21. col. 1. nu. 18.

Cap. dudum. 31. post med. versic. nos  
igitur. vide glo. 1. col. 3. post med. l. 8. titu.  
14. part. 1. & glo. 3. post med. l. 13. titu. 29  
partit. 3.

Cap. in quibusdam. 32. versic. volentes.  
vide. l. 2. titu. 20. part. 1. vbi glo. 1. per to  
tam. & conc. Triden. ses. 25. de reforma.  
c. 12. in med.

§. ille quippe. glo. loci, iuncto tex hic.  
vide glo. 3. col. 2. ad med. l. 1. tit. 20. par. 1.  
& glo. 3. per totam. l. 17. eod. titu. vbi etia  
vide glo. 4. & vide glo. 1. post med. l. 7. eo  
dem titulo. & an decime debeantur iure  
diuino. Nauarro, tom. 3. in manuali. c. 21  
num. 28. per totum, & deinceps.

Cap. cum non sit in homine. 33. post  
med. ibi, & censuum precedat solutio.  
vide. l. 13. tit. 20. part. 1. vbi glo. 1.

Cap. nuper. 34. in prin. vide glo. 15. per  
tex. ibi. l. 3. titu. 12. part. 1. & l. 2. vbi glo. 4.  
& l. 4. vbi glo. 2. titu. 20. partit. 1. Ioan.

Gutier. consilio. 5. nutri. 17. & deinceps.  
In tex. post med. versic. & hoc ipsum.  
conc. l. fin. titu. 22. part. 1. vbi glo. 1.

Cap. interdiximus. fin. glo. ad alienas,  
post med. ibi, ecclesia vero ad qua. vide  
l. 24. titu. 20. par. 1. vbi glo. vnica. d. ex hac  
glo. illam. l. desumptam fuisse.

*De regularibus & trāseuntibus.*

*Titulo. 31.*

¶ Vide titu. 7. part. 1. Nauarro, tom. 1.  
de regularib. 1. 2. 3. & 4. vbi quatuor tra  
ctatus de regularibus facit. & lib. 3. con  
silior. pagin. 219. colū. 1. & deinceps, vbi  
tradit triginta quinque consilia.

Cap. nullus. 1. ibi, in legitima etate que  
est. 14. annorum, secundū glo. hic, in legi  
tima. q. corrigitur per conc. Trid. ses. 25.  
c. 15. vbi tam in masculis, quam in foemi  
nis requiritur etas. 16. annorum, alias pro  
fessio est nulla, & nullam obligationem  
inducit.

Cap. si quis. 2. ex hoc desumpta fuisse  
l. 5. titu. 7. part. 1. testatur ibi glo. 1.

Cap. vidua. 4. notat glo. 8. in fin. l. 3. titu.  
1. part. 4.

Cap. Ioannes. 5. glo. peculiare. viden  
da sunt posita. c. cum ad monasterium. 6.  
ibi, quod si proprietas, infr. de statu mo  
nachorum.

Cap. quia. 6. vide Nauarro, lib. 3. consi  
lior. de regularibus, consil. 45. num. 2.  
pagin. 258.

Cap. ad nostram. 8. post med. ibi, ante  
14. annum. conc. l. 4. tit. 7. part. 1. vbi gl. 2.  
& vide glo. 2. post prin. l. 1. per tex. ibi, ti  
tu. 8. part. 1. & vide hodie conc. Triden.  
ses. 25. c. 15. vbi requiritur, quod habeat  
professionem emittens. 16. annos com  
pletos. & sic in hoc tex. iste, & omnia s.  
dicta, corriguntur.

Cap. super eo. 9. in prin. vide gl. 2. post  
prin. l. 25. titu. 7. part. 1.  
Glo. in eadem, in. 3. linea, ibi, dic quod.  
vide. l. 3. titu. 7. part. 1. vbi glo. fin.

Cap. sane. 10. Cenedo in collectanea  
ad decrētales, collectan. 165.

Cap. significatum. 11. in med. ibi, de  
nuncios

Titul. 31.

Hodie.

Hodie.

Hodie.

nuncios absolutum. vide. l. 4. titu. 7. par. 1.  
vbi glo. 3. & 7.

Glo. a parentibus. vide glo. 6. l. 4. titu. 7.  
part. 1.

Cap. cum virum. 12. post med. ibi, vt  
puellæ quæ coactæ. vide Iaso. §. quadru  
pli, num. 62. vbi hunc tex. d. notabilem, &  
ad longum tractat materiā huius tex. &  
vide conc. Trid. ses. 25. c. 19. in prin. Co  
uarru. de sponsalib. 2. part. §. 6. nu. 3. & 8.  
per totos. Valdesio in additionibus ad  
Suarez. l. 2. titulo de los casamientos,  
pagin. 48. ad fin.

Cap. porrectum. 13. in med. ibi, tibi se  
reddidit in monachum. vide. l. 2. titu. 7.  
part. 1. vbi glo. fin. in prin.

In tex. post med. ibi, quod cum mona  
chus. conc. concil. Trid. ses. 14. cap. 6. de  
reforma. in prin.

Glo. professio. 2. linea, ibi, saltem tacite.  
vide glo. 5. l. 88. titu. 18. part. 3.

Cap. cum simus. 14. in fin. ibi, & bona  
paterna. Couarru. c. 2. num. 7. post princ.  
de testamentis. Valdesio in additio. ad  
Suarez. l. 2. titulo de los casamientos, pa  
gin. 48. ad fin.

Cap. ad Apostolicam. 16. in. 3. linea,  
ibi, ante vnus anni, & c. vide. l. 3. titu. 7.  
part. 1. vbi glo. 1. per totam.

In tx. in med. ibi, habitum recepit. vide  
glo. 3. in princip. & per totam. l. 7. titu. 7.  
partit. 1.

In tex. in med. ibi, ideoque obligatur.  
vide. l. 3. titu. 7. part. 1. vbi glo. 5. Nauarro  
lib. 3. consilior. de regularib. consilio. 22.  
num. 4. pagin. 243.

In tx. inferius, ibi, quia multa fieri pro  
hibentur, & c. vide Bart. repeti. l. Barba  
rius, opposi. 1. ff. de officio prætoris. Ias.  
l. patre furioso, num. 11. & deinceps. ff.  
de his qui sui, vel alieni iuris. vbi per mul  
tos numeros plures ampliationes & limi  
tations ad hanc regulam tradit. hodie pro  
fessio ante annum probationis nulla est,  
vt in conc. Trid. ses. 25. c. 15. vbi corrigi  
tur hic tex.

In tex. inferius. versicu. prohibendum.  
explicat Couarrub. c. quanuis pactum,

2. parte. §. 1. in princip. & deinceps.

Cap. sicut. 17. ante fin. ibi, cum quod  
tanto tēpore. vide glo. 2. l. 30. titu. 7. par. 1.  
Sarmiento, lib. 1. selectar. c. 6. nu. 5.

Cap. licet. 18. post prin. versic. quia tamē.  
ex hoc tex. desumpta fuit. l. 9. tit. 7. par. 1.  
vt ibi. d. glo. 1. & 3. cum reliquis. & hunc  
tex. voluit allegare glo. 1. in med. l. 2. ti  
tu. 5. part. 1. Nauarro. 1. tom. de regulari  
bus. 4. §. circa vero, nu. 10. & deinceps.

In eod. versic. ad fin. ibi, quia priuilegiū  
meretur amittere, & c. conc. l. 42. titu. 18.  
part. 3. vbi glo. fin.

In tex. post med. versic. illa semper re  
gula. vide. l. 3. titu. 8. part. 1. vbi glo. 3. in  
prin. & gl. 4. in prin. per tex. ibi. l. 13. tit. 6.  
partit. 6.

Cap. consulti. 20. in prin. conc. l. 7. tit. 7  
part. 1. vbi glo. 1. & 3. per totam.

Cap. postulasti. 21. vide conc. Triden.  
ses. 25. c. 15. in med.

Cap. ex parte. 22. in prin. vide. l. 4. tit. 7.  
part. 1. vbi glo. 4. & conc. Trid. ses. 14. de  
reforma. c. 6. in prin. Nauarro, tom. 1. de  
regularibus. 4. §. vigesimo, num. 74. vers.  
tertio, per totum.

Cap. statuimus. 23. post princ. ibi, nisi  
evidenter. vide. l. 3. titu. 7. part. 1. vbi gl. 2.  
quod etiam adde glo. hic, verbo nisi eui  
denter.

Cap. nē religiosi. fin. in prin. vide gl. 3.  
l. 3. titu. 7. part. 1. Nauarro. 1. tom. de regu  
laribus. 2. §. addam, num. 36. per totum.  
& lib. 3. consilior. de regularib. consil. 51.  
nu. 3. pagin. 261.

*De conuersione coniugatorum.*

*Titulo. 32.*

¶ Vide. l. 40. titu. 6. partit. 1. Nauarro,  
lib. 3. consilior. pagin. 296. col. 1. & deinceps,  
tradit sex consilia.

Cap. præterea. 1. post med. versic. dici  
mus. vide. l. 11. titu. 7. part. 1. vbi glo. 6. in  
prin. & glo. 3. post prin. l. 12. eod. titu. &  
glos. 6. in fin. l. fin. titu. 5. part. 4. & glo. 3.  
& 5. l. 2. titu. 10. part. 4.

Cap. verum. 2. in. 2. linea, ibi, licitū est.  
vide. l. 1. titu. 2. part. 4. vbi glo. 3.

In

Titul. 32.



In tex. ante versi. quia, ibi, licitum est ad secunda vota. approbat à cetrario sen te. l. 3. titu. 8. part. 1. Covarru. de sponsalibus. l. part. c. 4. §. 1. num. 16. & 2. part. c. 7. §. 4. num. 6.

Glo. remanere, ante fin. ibi, vnde primi matrimonij, approbat glo. 8. l. 3. titu. 2. part. 4.

Cap. quidam. 3. in prin. vide. l. 11. tit. 7. part. 1. vbi glo. 1. cumulat plura iura. & conc. l. 12. vbi glo. 1. & 2. cod. titulo. & vide glo. 1. post prin. l. 7. titu. 2. part. 4. vbi etiam glo. 14. & glo. 2. post prin. l. 2. titu. 10. part. 4.

Glo. non exigere, post prin. ibi, Tan. dixit quod tenet matrimonium. vide. l. 12. titu. 7. part. 1. vbi glo. 3.

In ead. glo. post med. ibi, si vero nō est reconciliatus ei. approbat dicta. l. 12. tit. 7. part. 1. vbi glo. 4. & circa finem huius glo. vide glo. fin. in d. l. 12.

Cap. cum sis. 4. in prin. vide. l. 11. tit. 7. part. 1. vbi glo. 8. & glo. 3. post princip. & glo. 4. per tex. ibi. l. 2. titu. 10. part. 4.

Cap. coniugatus. 5. vide. l. 39. tit. 6. par. 1. vbi glo. 4. & l. 2. titu. 10. part. 4. vbi glo. 1. in prin. 2. 3. & 4.

Glo. continentiam, ante med. ibi, quod dicitur hic. vide glo. 4. l. 38. titu. 6. part. 1. & idem tenet glo. 9. l. 35. titu. 5. par. 1.

Cap. sanē. 5. in fin. idem per hunc tex. tenet glo. fin. l. 35. tit. 5. par. 1. & conc. cū hoc tex. l. 2. titu. 10. part. 4. vbi glo. 1. in fine.

Cap. ex publico. 7. in prin. conc. l. 13. titu. 7. part. 1. vbi glo. 1. & vide. l. 4. titu. 1. part. 4. vbi glo. 9. tradit alia iura. & l. 7. titu. 2. part. 4. vbi glo. 9. & 15. & conc. l. 5. titu. 10. part. 4. vbi glo. 1. per totam. Cenedo in collectanea ad decretales, collectan. 29.

In tex. post med. versi. sanē. vide glo. 9. per tex. ibi. l. 2. titu. 10. part. 4.

Glo. consummatum, in prin. notat glo. 1. omnino vidēda per tex. ibi. l. 4. tit. 1. par. 4.

In ead. glo. post med. ibi, quod Papa potest per dispensationem. idem tenet glo. 1. & 2. l. 5. titu. 10. part. 4.

Cap. vxoratus. 8. in prin. vide. l. 3. titu. 2. part. 4. vbi glo. 7. & fin.

Cap. ex parte. 9. in med. versi. quia vero. vide glo. 3. in fin. l. 12. titu. 7. part. 1. Navarro, lib. 3. consilior. de conuersio. coniugator. consil. 4. num. 4. versi. at professio. pagin. 298.

Cap. charissimus. 11. vid. l. 8. tit. 8. par. 1. vbi glo. 4. & l. 7. titu. 2. part. 4. vbi glo. 11. in prin. & per totam, & 13. & glo. 2. post prin. per tex. ibi. l. 1. titu. 8. part. 1.

Cap. placet. 12. in prin. conc. l. 12. tit. 7. part. 1. vbi glo. 1.

In tex. ante med. ibi, quatenus. notat glo. 8. post prin. l. 3. titu. 8. part. 1. & vide glo. 11. post prin. l. 7. titu. 2. part. 4. & glo. 2. l. 2. tit. 10. par. 4. Navarro, lib. 3. consilior. de conuersio. coniugator. consilio. 3. num. 1. & 4. pagin. 297.

Cap. ad Apostolicam. 13. post med. ibi nisi forte sit eius gratis. vide. l. 2. titu. 10. part. 4. vbi glo. 4. & l. 11. titu. 7. part. 1. vbi glo. 8.

Cap. constitutus. 15. in prin. vide. l. 40. in fin. vbi glo. fin. titu. 6. part. 1. & l. 11. titu. 7. part. 1. vbi glo. 2. & an possit maritus propter adulterium suae vxoris, sacris in signiri, Ioan. Gutie. in canoni. quæst. c. 25. per totum.

Cap. veniens. 16. in prin. vide. l. 11. tit. 7. part. 1. vbi glo. 2. & glo. 2. post princ. per tex. ibi. l. 1. titu. 8. part. 1. & glo. fin. ante med. l. 8. titu. 2. part. 4. & videnda sunt posita. c. præcedenti.

Cap. accedens. 17. in prin. vide. l. 11. titu. 7. part. 1. vbi glo. 3. & fin. & glo. 2. l. 2. titu. 10. part. 4.

Cap. significauit. 18. in prin. vide dic. l. 11. titu. 7. part. 1. vbi glo. 5.

Cap. gaudemus. 19. vide glo. 10. in med. vsque in fin. l. 2. titu. 9. part. 4.

Cap. dudum. 20. in prin. vide dic. l. 11. titu. 7. part. 1. vbi glo. 4.

Glo. calore iracundiæ. vide glo. 2. in prin. l. 1. titu. 8. part. 1. vbi tradit Abbatem & alios.

Cap. mulier. fin. vide glo. 2. l. 11. titu. 7. part. 1. & conc. l. 13. vbi glo. fin. cod. titu. & vide

& vide. l. 7. titu. 2. part. 4. vbi glo. 3. & l. 6. titu. 25. par. 7. vbi glo. 1. & 2. Covarru. de sponsalibus. 2. part. c. 7. §. 5. nu. 4.

Glo. iudicio ecclesie, post med. ibi, sed in spiritali compellitur. aprobat. l. 2. titu. 10. par. 4. vbi glo. 8.

### Titul. 33. De conuersione infidelium. Tit. 33.

¶ Vide ex. l. 19. cum alijs, titu. 2. part. 4. & l. 3. titu. 19. part. 4. Navarro, lib. 3. consilior. pagin. 300. col. 1. & deinceps, tradit duo consilia.

Cap. laudabilem. 1. in prin. vide glo. 3. per tex. ibi. l. fin. titu. 2. part. 4. Navarro, tom. 3. in manuali. c. 22. nu. 46. & 47.

Cap. ex litteris. 2. post prin. versic. ad quod illar. respondit. vide. l. 2. titu. 2. part. 4. vbi glo. 2. Cenedo in collectanea ad decretales, collectan. 72.

Glo. legitima. sequitur Iaso. §. fuerat, num. 3. de actionibus.

### Titul. 34. De voto & voti redemptione. Titulo 34.

¶ Vide titu. 8. par. 1. Navarro, tom. 3. in manuali. c. 12. num. 24. & lib. 3. consilior. pagin. 304. col. 1. & deinceps, vbi tradit trigintaquinque consilia.

Cap. de peregrinationis. 1. in prin. conc. l. 4. titu. 8. part. 1. vbi glo. 1. & vide. l. 5. vbi glo. 1. & 2. & fin. eod. tit. & l. 6. vbi glo. 1. eod. tit. & glo. 4. col. 2. ante fin. l. 2. titu. 28. part. 7.

Glo. recompensatio, ante med. ibi, hoc dicitur. vide. l. 4. in fin. vbi, glo. fin. tit. 8. part. 1.

In ead. Glo. in med. ibi, sed in voto. vide. l. 4. tit. 8. part. 1. vbi glo. 4.

Cap. veniens. 2. post med. ibi, facilitate potius. vide glo. 2. l. 1. titu. 8. part. 1. & l. 3. vbi glo. 5. per totam eod. titu.

Cap. litteraturā. 3. Navarro, lib. 3. consilior. de voto consil. 1. num. 1. pag. 304.

Cap. scripturæ. 4. vide. l. 3. titu. 8. part. 1. vbi glo. 2. & glo. 10. ibi, & vide glo. 1. in fin. l. 5. eodem titulo. & conc. l. 7. vbi glo. 1.

eodem titulo. 8. partita. 1.

Cap. non est. 5. in prin. conc. l. 5. titu. 8. part. 1. vbi glo. 7.

Glo. adimplere, in prin. vide glo. 3. col. 1. ante fin. l. 32. ut. 9. par. 6. & glo. 4. col. 7. post prin. l. 6. titu. 11. part. 6. & l. 7. titu. 8. par. 1. vbi glo. fin. in prin.

Cap. licet. 6. in prin. vide glo. 4. post prin. l. 7. titu. 8. part. 1. & l. fin. vbi optima glo. 4. & penul. eod. titu.

In tex. ante med. ibi, promissisti. & ad fin. ibi, priuandum. & sic ea ratione quia promissisti filius, obligatur voto patris, secus si nō promitteret. quod adeo verum est, vt si pater habens feudum cōmiserit aliquod delictū, propter quod feudum amittat: & non fuerit accusatus in vita, filius satisfacere, non tenetur domino feudi, secundum Bald. §. insuper, nu. 6. de prohibita feudi alienatio. per Fredericum, & c. 1. nu. 14. quibus modis feudum amittatur in vsibus feudorū, vbi tenet quod filius innocens nō potest priuari feudo, propter delictū patris. & ad hūc tex. vide optimam

Nota.

l. 4. titu. 15. par. 2. vbi glo. 3. & 4. & notat glo. 2. post prin. l. 36. titu. 12. part. 5. & glo. fin. in fin. l. fin. titu. 10. part. 6. & de intellectu huius tex. agit plenissime Covarr. c. si hæredes, nu. 9. & 10. de testamen. Padi

lla, authēt. hoc amplius, nu. 18. C. de fidei cōmissis. Suarez. l. quoniā in prioribus, in prin. nu. 20. per totum, & ampliatio. 10. nu. 14. & in cōmento. l. regni, limita. 11. per totam, vbi de ordine succedendi in regno, & in alijs temporalibus dignitatibus. & ibi versi. secundum dubium, nu. 2. per totam, & deinceps, vbi plura tradit.

Molina de primogenijs, lib. 1. c. 9. num. 5. Sarmiento, lib. 4. sele. ctar. l. 3. nu. 3. versi. non obstat. ff. de liberi. & posthu. Moya in allegatio. iuris regni Portugalie, pag. 29. in prin. Valdesio in additio ad Suarez l. quoniā in prioribus. §. rem, littera. C. nu. 20. Ioan. Garfia de expēsis. c. 16. nu. 32. Spino, speculo testamentor. glo. 19. prin. num. 33. 68. & 71. & glo. 28. prin. nu. 47. & 62. Cenedo in collectanea ad decretales, collectan. 90.

In tex. ad fin. ibi, ordine genituræ. an in regno succedatur ordine genituræ, vel electione, vide optimam glo. 2. precipue ante fin. vsque in fin. l. 9. titu. 7. part. 2. & glo. 13. quæst. 3. post princ. & glo. 16. in prin. l. 2. titu. 15. part. 2.

Cap. magnæ. 7. post prin. vers. & quidē. vide. l. 6. tit. 8. part. 1. vbi glo. 1. per totam. Nauarro, to. 1. c. inter verba. 3. præludio, num. 2. vers. ex quibus colligitur.

In tex. paulo inferius, vers. vouete. vide l. 1. titu. 8. part. 1. vbi glo. 6. in eod. vers. in linea sequenti, ibi, vt primum ad consilium. vide. l. 10. in fin. vbi glo. fin. titu. 22. part. 1.

In tex. paulo inferius, vers. quod enim. idem tenet glo. 7. l. 25. titu. 4. part. 1. & vide. l. 4. titu. 5. part. 2. vbi glo. fin. & concil. Triden. ses. 25. de reforma. c. 1. in princ. quod etiam addendum est glo. hic, verbo agitur.

In tex. paulo inferius, vers. verum etatis. vide glo. 3. in fin. l. 3. tit. 8. par. 1. & gl. 2. in med. l. 7. titu. 18. part. 3.

In tex. col. 2. post prin. vers. cum enim iuxta. vide glo. fin. post princ. l. 3. titu. 8. part. 1. & l. fin. in prin. vbi glo. 1. in princ. titu. 16. part. 1.

In ead. col. vers. cum igitur in. l. veteri. vide. l. 4. titu. 8. part. 1. vbi glo. 5. & gl. fin. l. 3. titu. 19. part. 1.

In ead. col. 2. post med. ibi, tibi pro te & famulis, &c. ergo solus Rom. Pontif. cōmutat votum vitramarinum. conc. l. 5. post prin. vbi gl. 11. 12. & 13. titu. 5. par. 1. & est hodie expressū in bulla Cruciatæ.

In tex. paulo inferius, ibi, vt expētas quas fueras, &c. conc. l. 5. titu. 8. par. 1. vbi gl. 5. Glo. agitur. vide posita in vers. quod enim. 5. hoc tex.

Glo. peregrinari, in fin. ibi, & sic Episcopus sine licentia Papæ. vide gl. 2. l. 10. titu. 5. part. 1. & vide gl. 1. in fin. l. 28. eodem titulo.

Glo. sine diminutione, iuncto tex. hic. conc. l. 5. titu. 8. part. 1. vbi glo. 6.

Cap. quod super. 8. glo. dilatio, iuncto tex. hic. conc. l. 5. titu. 8. par. 1. vbi glo. 4.

In tx. post med. vers. vnde si quis. vide l. 5. titu. 5. part. 1. vbi glo. 11.

In tex. ad fin. vers. de mulieribus. idem tenet glo. 2. in fin. & 3. l. 9. titu. 8. part. 1.

Cap. ex multa. 9. in prin. vide. l. 5. titu. 5. part. 1. vbi glo. 11. & 13. & glo. fin. in fin. l. 3. titu. 8. part. 1.

In tex. ante fin. ibi, an Episcopi. notat glo. 2. post prin. l. 25. titu. 7. part. 1.

In tex. paulo inferius, ibi, nam ad neutros. vide. l. 5. titu. 8. part. 1. vbi glo. 9.

Glo. incumbit, ibi, q̄tamen est restringendum. contrarium verius est, quia de consuetudine, etiā si fiat votū de visitando tantummodo, à Ro. Ponti. peti debet cōmutatio. ita gl. 11. & 12. l. 5. tit. 5. par. 1.

In ead. gl. post med. ibi, cum hic Papa sibi dispensationem referuet. vide. d. glo. 12. l. 5. titu. 5. part. 1.

§. secundo, post med. ibi, quod debiles & inopes. vide. l. 5. titu. 8. part. 1. vbi gl. 2. & 8. & ibi omnes. gg.

In tx. ad fin. ibi, maturitate tamen consilij. vide. l. 5. titu. 8. part. 1. vbi glo. 10.

§. in tanta. notat glo. 8. in fin. l. 3. titu. 8. par. 1. & l. 9. vbi glo. 2. & 3. eod. titu.

§. de clericis, in princ. vide. l. 52. titu. 5. part. 1. vbi glo. 5. post prin. & 6.

In eod. §. ad fin. ibi, vel vilitas persuadet. vide glo. 3. l. 4. titu. 8. part. 1.

Glo. inhabiles, iuncto tex. hic. Conar. clementi. si furiosus. 2. part. §. 3. nu. 2. per totum, vbi intelligit in clericis in sacris tantummodo.

### De statu monachorum. Titu. 35. Titul. 35.

¶ Vide ex. l. 14. titu. 7. part. 1. Nauarro, tom. 1. de regularibus. 1. in prin. num. 4. & lib. 3. consilior. pagi. 321. col. 2. & deinceps, vbi tradit quinque consilia.

Cap. monachi. 2. in prin. conc. l. 22. tit. 7. part. 1. vbi glo. 1. & fin.

In tex. in. 3. linea, ibi, vel nec singuli. vide. l. 24. titu. 7. part. 1. vbi glo. 1. Nauarro, tomo. 1. de regularibus. 2. §. tertio principaliter, num. 14. vers. secundo, & vers. ad secundum.

In

In tex. ante med. vers. qui vero peculiū. notat glo. fina. in fin. l. 10. titu. 13. part. 1. & conc. concil. Triden. ses. 25. c. 2. in prin. Nauarro, to. 1. de regularibus. 2. in prin. num. 2.

In tx. post med. vers. prioratus. ex hoc tex. desumpta fuit. l. 23. titu. 7. part. 1. vbi glo. 1. in prin.

In tx. ante fin. ibi, vt videlicet si fuerint dilapidatores. vide Bernar. Diaz in practica. c. 71. in prin. & deinceps, vbi Salzedo latissime.

Glo. parochiales, iuncto tex. hic. vide glo. 4. per tex. ibi. l. 21. titu. 4. part. 1.

Glo. non mutantur, iuncto tx. hic. vide l. 23. titu. 7. part. 1. vbi glo. 2.

Cap. recolentes. 3. in prin. ex hoc tex. desumpta fuit. l. 27. titu. 7. part. 1. vt ibi docet glo. 1. 2. & 3. & vide gl. 2. ante fin. l. 9. eod. titu. & notat gl. 2. ad med. l. 4. titu. 12. part. 1.

In tex. post med. vers. cæterū domus. vide glo. 3. in prin. & per totam, quæ tradit plura iura. l. 7. titu. 20. par. 3.

Cap. super. 4. in. 4. linea, ibi, proprium. vide. l. 30. titu. 7. par. 1. vbi glo. 5.

In tex. post med. ibi, sepultura priuandus. vide. l. 14. titu. 7. part. 1. vbi glo. 3. per totam. & notat glo. fin. in fin. l. 10. titu. 13. part. 1.

Cap. quod Dei timorē. 5. in princ. vide l. 24. tit. 7. part. 1. vbi gl. fin. & cōc. l. 25. vbi glo. 1. & 2. quasi per totā. & 3. eod. titu.

In tex. post med. ibi, quia tamen istud de canonicis regularibus. vide glo. 4. in fin. l. 30. titu. 7. part. 1.

In tex. inferius, ibi, etiam monachi posunt ad ecclesiarum parochialium regimen, &c. conc. l. 21. ante med. tit. 4. par. 1. vbi glo. 4. & vide. l. 63. titu. 5. part. 1. vbi gl. 17.

Cap. cum ad monasteriū. 6. in prin. ibi lineis, &c. conc. l. 14. tit. 7. par. 1. vbi gl. 1.

In tex. post prin. ibi, ne quis monachorum proprium. vide. l. 14. titu. 7. part. 1. vbi glo. 2. per totam. Nauarro, tom. 1. de regularibus. 2. §. tertio principaliter, nu. 15. vers. ad primum, & vers. ad secundum.

Cenedo in collectanea ad decretales, collectan. 124.

In tx. inferius, vers. quod si proprietates. conc. l. 14. titu. 7. part. 1. vbi glo. 3. Anto. Gom. tom. 3. c. 1. nu. 79. post prin.

In tex. paulo inferius, vers. in oratorio. vide. d. l. 14. titu. 7. part. 1. vbi glo. fin.

In tex. paulo inferius, ibi, in refectorio vero. vide. l. 15. titu. 7. part. 1. vbi glo. 5. & 6.

In tex. in fin. eod. 2. vers. tales. vide glo. 2. post prin. l. fina. titu. 12. part. 1. Nauarro, tom. 1. de regularibus. §. tertio principaliter, num. 15. vers. secundo, & vers. ad sextum.

In tex. col. 3. in prin. vers. prior autem. conc. l. 16. titu. 7. part. 1. vbi glo. 1. & 2. cū omnibus.

In tx. in fin. ibi, quia abdicatio proprietatis. vide glo. 1. in prin. l. 1. titu. 7. part. 1. & l. 2. vbi glo. 3. eod. titu. & conc. concil. Trid. ses. 25. c. 1. in fin. & c. 2. in prin. Co. uarru. c. 2. nu. 11. de testamentis. Nauarro, tom. 1. de regularibus. 2. §. tertio principaliter, num. 15. vers. ad tertium, & §. ex his infertur, nu. 17. & in propugnaculo appologie. §. 9. num. 8. & de redditibus ecclesiasticis. quæstio. 1. §. 8. numer. 1. & §. 9. num. 1. & §. quinquagesimo quinto nu. 10. & tom. 3. in manuali. c. 12. nu. 75. Anto. Gom. in explicatione bullæ Cruciatæ, clausula. 10.

Cap. in singulis. 7. in prin. conc. l. 17. titu. 7. part. 1. vbi gl. 1. & 2. & vide. l. 30. vbi glo. 8. eodem titulo. & conc. concil. Triden. ses. 25. c. 8. per totum. Nauarro, tom. 1. de regularibus. 3. in prin. num. 3. pagin. 99. col. 2. post prin.

In tex. in med. vers. ordinentur. conc. l. 18. titu. 7. part. 1. vbi glo. vnica.

Cap. ea quæ. 8. in princ. ex hoc tex. desumptam esse. l. 19. titu. 7. part. 1. testatur ibi gl. 1. Nauarro. 1. tom. de regularibus. 3. in prin. nu. 3. pagi. 99. col. 2. post prin.

In tex. col. 2. ante med. vers. si vero, ibi proclamentur. vide. l. 20. titu. 7. part. 1. vbi glo. 1. & 2. & concil. Triden. ses. 25. c. 14. per totum.

o 2 In

In tx.col.3. ante med. vers. precipimus. conc.l.21.tit.7.part.1.vbi gl.1.& 3.& no-  
tat glo.24.post prin.l.2.tit.1.part.2.

In tex.multum inferius, ibi, Episcopu  
in non exemptis, vide glo.5.l.21.titul.7.  
partit.1.

In tx.in fin.vers. hac autem, vide.l.24  
titu.7.part.1.vbi glo.2.

De religiosis domibus, &c.

Titulo.36.

Titul.36.

¶ Vide titu.12.partit.1. Navarro, lib.3.  
consilior. pagin.325.col.2.& deinceps,  
tradit vnum consilium.

Cap. quia.2.in princ. vide glo.3. post  
prin.l.27.titu.7.part.1.& glo.2. ante fin.  
l.3.tit.12.part.1.& l.4.vbi gl.3.& 4. eod.  
titulo.

Cap. ad hanc.4. ibi, autoritate Ponti-  
ficis destinatus, vide posita in regu. semel  
Deo, de regu. iur. in.6. & glo.1. in fin. l.5.  
titu.10.part.1. & l.1.titu.12. partit.1. vbi  
glo.2. per totam. Paz in praxi, tom.1. fol.  
127.col.4. num.28. vbi resoluit hospitale  
gaudere immunitate ecclesie.

Cap. inter quatuor.5. vide.l.10.titul.7.  
part.1.vbi glo. fin. & concor. l.3. titu.12.  
part.1.vbi glo.3.

Cap. constitutus.6.col.2.in med. ibi, in  
emphiteosim, vide.l. fin. titu.12. partit.1.  
vbi glo.4. Iaso. §. actionum, num.163. de  
actionibus.

Glo. a quocunque, iuncto tx. hic, vide  
l.5. in fin. vbi glo. fin. titu.14. part.1.

In ead. glo. in fin. ibi, quia licet princi-  
pes. d. communiter teneri gl.21. in med.  
l.5. titu.5. part.1.

In tex. col.3. in med. vers. cum autem,  
vide.l.8. titu.22. part.1. vbi glo.4. in princ.  
Anto. Gom. tom.2. c.2. nu.10. post med.

Glo. iuxta, post prin. ibi, imo satis vide  
tur actum, ex hac glo. colligit Iaso. §. om-  
nium.1. nu.140. de actioni. quod etiam  
si in libello non petam Titium mihi con-  
denari, dum petam ipsum compelli, &  
cogi, sustinetur libellus, vt in hac glo. &  
idem tenet ipse Iaso. §. rursus, num.86.  
de actionibus.

In ead. glo. paulo inferius, ibi, vel dic,  
quod vere, vide glo.13. per totam, l.28.  
titu.8. part.5. Navarro, tom.1. de vsuris,  
§. octaua quaestio, nu.109. post princ. &  
num.110. post prin. vbi corrupte allegat.

In ead. glo. ad med. ibi, sed fuit censua  
lis, vide glo.3. in prin. l.28. titu.8. partit.5.  
& vide ibi in.2. quaestio. & glo.1. l. fina.  
eodem titulo.

Cap. cum venerabilis.7. gl. fin. in med.  
ibi, si constet quod eadē, vide glo.6. post  
prin. l.44. titu.18. part.3.

Cap. cum dilectus.8. glo. repromissit,  
iuncto tex. hic, conc. l.3. titu.12. partit.1.  
vbi glo.4.

Cap. ne nimia, fin. notat glo.1. col.3.  
post med. l.1. titu.7. part.1.

De capellis monachorum. Tit.37 Titul.37.

¶ Vide titu.12. part.1. & ex. l.14.24.25  
26. & 27. titu.7. part.1.

Cap. in ecclesijs.1. in prin. vide glo.2.  
in fin. l.25. titu.7. part.1. & glo.4. ad fin.  
per tex. ibi. l.26. eod. titu.

Cap. ex parte.3. Sarmiento, lib.3. sele-  
ctar. c.14. nu.6. Spino, speculo testamēt-  
glo.30. principa. nu.18.

De iure patronatus. Titu.38. Titul.38.

¶ Vide titu.15. part.1. Couarru, in pra-  
ctic. c.36. per totum, vbi plura tradit, Na-  
uarro, lib.3. consilior. pagi. 188. col.1. tra-  
dit vnum consilium. & pagin. 326. col.1.  
& deinceps, tradit octo, consilia. Ioan.  
Gutie. consilio.3. in prin. & deinceps. &  
consilio.4.

Cap. perlatum.1. post prin. ibi, diuidi  
vide.l.8. titu.15. part.1. vbi glo.2.

In tx. versic. & si simulates, vide.l.10.  
titu.15. part.1. vbi glo. fin. in prin.

Gl. diuidi, post prin. ibi, & nota, iuncto  
tex. hic, ex his desumptam fuisse. l.12. tit.  
15. part.1. testatur ibi glo.1. & 3.

Cap. quaecunque.2. ibi, tollat inde  
reliquias, vide.l.8. titu.10. partit.1. vbi  
glo.4. & concor. l.10. titu.15. partit.1.  
vbi glo.1. & 6. & vide. l.12. vbi glo.2.  
eodem titulo.

Cap.

Cap. quoniam.3. in prin. conc. l.10. tit.  
15. part.1. vbi glo.1. & 2. Couar. in pra-  
cticis, cap.36. nu.6. versic.4.

In tx. in med. ibi, qui maioribus iuba-  
meritis, vide gl.3. in med. l.5. tit.15. par.1.  
Couar. regul. peccatum.2. par. §.7. nu.4.

Glo. fundatores, in med. ibi, item quid  
si reaedificata, notat gl. fin. in fin. l.1. tit.  
10. part.1. & vide glo.3. l.1. tit.15. part.1.  
vbi tractat de iure patronatus.

Glo. qui maioribus, iuncto tex. hic, vi-  
de glo.1. per tex. ibi. l.11. tit.15. part.1.

In ead. glo. ibi, sed nunquid queri-  
tur, vide optimam glo.3. post princ. quæ  
contrarium tenet per hunc tex. l.5. tit.15.  
part.1. Couar. regul. peccatum.2. par. §.  
7. nu.3. & deinceps.

Glo. ordinet. vide.l.11. tit.15. part.1.  
vbi glo.2.

Cap. præterea.4. in prin. vide.l. fin. tit.  
19. part.1. vbi glo.12.

Cap. q̄ autem.5. in prin. conc. l.6. titu.  
15. part.1. vbi glo.2. & 6.

In tex. ante med. vers. dubium, & c. vi-  
de.l.7. tit.15. part.1. vbi glo.1.

In tex. ad fin. ibi, quia pro non dato.  
conc. l.5. tit.5. part.1. vbi glo. fina. hunc  
tex. voluit allegare.

Cap. quia.6. in prin. Humada. l.13. titu.  
15. part.1. glo.2. num.2.

Glo. filij, in med. ibi, filios autem, idem  
tenet glo.3. post med. l.5. titu.15. partit.1.  
& tenet etiam glo. fin. per tex. ibi. l.7. titu.  
15. part.1.

Glo. spoliando, post prin. ibi, sed quid  
si ipsa ecclesia, vide glo.1. post prin. l.13.  
titu.15. part.1.

Cap. ex litteris.7. in prin. ex hoc tex. de  
sumpta fuit. l.9. tit.15. partit.1. vbi glo.1.  
& 2. & vide glo.8. l.68. titu.18. part.3. vbi  
ad longum. Anto. Gom. tom.1. c.5. nu.  
29. per totum, vbi tenet, quod ius patro-  
natus non transeat in fideicommissa-  
rium. Couarru, lib.1. variar. c.13. num.3.  
per totum. & 4. Spino, speculo testamēt.  
glo.4. prin. num.118. ad fin. & deinceps.  
Cenedo in collectanea ad decretales,  
collectan.5.

Glo. ad firmam, in med. ibi, quod vtile  
dominium transfret, vide glo.1. in fin. l.9  
titu.15. part.1.

In tex. post med. ibi, vel antequam de  
iure, vide glo.7. l.9. titu.5. part.1.

In tex. in fin. ibi, ita q̄ si abbatissa, vide  
glo.4. post prin. l.8. titu.15. part.1.

Glo. vel ante, in princ. vide.l.9. titu.15.  
part.1. vbi glo.5.

In ead. glo. post prin. versic. sed littera  
ista, & c. vide gl.6. & fin. l.9. tit.15. par.1.

Cap. illud.8. in prin. vide concil. Trid.  
ses.14. c.13. de reforma.

In tex. post med. ibi, tunc quia laicus.  
vide glo.9. per tex. ibi. l.1. titu.15. part.1.

Cap. cum laici.10. in prin. conc. l.5. iux-  
ta fin. vbi glo.7. titu.15. part.1.

Cap. cura.11. versic. nisi legitima, vide  
l.8. titu.15. part.1. vbi gl.7. d. nihil referre,  
an voluntas Episcopi præcedat, vel sequa-  
tur. Couarr. regula possessor.2. part. §.10  
in prin. & deinceps.

Glo. legitima, vide.l.9. titu.15. partit.1.  
vbi glo.4.

Cap. si vero.12. vers. fas, conc. l.11. titu.  
15. part.1. vbi glo.2. & 3.

Glo. representetur, vide Couarr. regu.  
possessor.2. part. in prin. nu.6.

Cap. cum seculum.13. glo. emptorum.  
vide.l.8. titu.15. par.1. vbi glo.1. & versus  
quos ponit hæc glo. ponit etiam dic. gl.1  
& ibi glo.8. in prin.

Cap. ex in finuatione.14. vide.l.8. titu.  
15. part.1. vbi glo.5. Spino, speculo testar-  
mentor. glo.4. prin. num.100.

Glo. contulisset, vide glo.6. in fin. l.8.  
titu.15. part.1. vbi tradit doctores, pro  
& contra.

Cap. consuluit.15. idem. concil. Tridē.  
ses.25. de reforma. c.7. in princ. Humada  
l.13. titu.15. part.1. gl.2. num.2.

Glo. autoritate, ibi, vnde non videtur.  
vide.l.7. titu.15. part.1. vbi glo. fin.

Glo. concedant, ad fin. ibi, sed si plures  
sunt patroni, approbat. l.7. titu.15. part.1.  
vbi glo.6. d. communem.

Cap. de iure.16. in prin. vide glo.8. post  
prin. & 9. l.8. titu.15. par.1.

In tex. ad fi. ibi, quod si spirituali annexum. vide. l. fin. titu. 15. part. 1. vbi glo. 2.

Cap. nullus. 17. in prin. vide glo. 5. per totam. l. 8. titu. 15. part. 1.

In tex. ad fin. ibi, Rom. Pontifex. notat glo. 5. ante fin. l. 1. titu. 10. part. 1. & vide glo. 6. l. 8. titu. 15. part. 1.

Cap. consultationibus. 19. in prin. vide l. 6. titu. 8. part. 3. vbi glo. 7. Bart. in repeti. l. Barbarius. nu. 4. ff. de offi. prae. Ioan. Gutie. in practi. quaest. lib. 3. quaestio. 42. num. 40. & 41.

In tex. versic. si vero non possidebat. Padilla. l. 1. nu. 48. & 49. C. de seruitu.

Glo. remoueri, iuncto tex. hic. vide gl. fin. in med. l. 9. titu. 15. part. 1.

Cap. suggestu. 20. post med. ibi, si cu assensu. vide. l. 13. titu. 5. part. 1. vbi gl. 10.

Cap. relatū. 21. in prin. vide conc. Trid. ses. 14. c. 13. de reforma. Bernar. Diaz in practica. c. 5. per totum. vbi Salzedo.

§. ad hoc. vide glo. 4. in. 3. limitatione. l. 57. titu. 6. par. 1.

Cap. eam te. 22. in prin. vide glo. 1. per tex. ibi. l. 11. titu. 15. part. 1.

Cap. praeterea. 23. post med. ibi, institutos. & sic potest patronus in fundatione ecclesiae aliquid sibi reseruare. conc. l. 2. tit. 15. part. 1. vbi gl. fin. in prin. & vide. l. 3. vbi gl. 1. in prin. & l. 4. vbi gl. 2. eod. titu.

Cap. cum autem. 24. in prin. vide. l. 6. tit. 15. part. 1. vbi glo. 2. in prin. & 3. Ioan. Gutie. de iura. confirma. 3. part. c. 13. per totum.

In tex. post prin. ibi, aliū eque idoneū. vide. l. 6. titu. 15. part. 1. vbi glo. 4.

In tex. in med. ibi, iudicio Episcopi credimus. vide. l. 6. titu. 15. part. 1. vbi glo. 3.

In tex. post med. versic. verū si collegiū. vide. l. 7. titu. 15. part. 1. vbi glo. 2.

Glo. iudicio Episcopi. vide glo. 5. in fin. per tex. ibi. l. 10. titu. 15. part. 1.

Glo. persona. vide gl. 4. l. 7. tit. 15. part. 1.

Cap. nobis. 25. post princ. ibi, ex eo ius patronatus acquirit. vide conc. Trid. ses. 14. c. 12. de reforma. & ses. 25. de reform. cap. 9. post prin.

In tex. in linea sequenti, versic. ceterū.

vide glo. 1. post med. l. 18. titu. 5. part. 1. & l. 1. titu. 15. part. 1. vbi glo. 4. in prin. & 10. in prin. & l. 4. vbi gl. 1. eod. titu. Couarru. regula possessor. 2. part. §. 10. num. 3. in med. & deinceps.

In tx. versic. pro fundatione, ibi, honor processionis. conc. l. 1. titu. 15. part. 1. vbi glo. 14. in prin.

In tex. paulo inferius, ibi, & si ad inopiam. conc. l. 2. tit. 15. part. 1. vbi glo. 2. & vide. l. 23. titu. 20. part. 1. vbi gl. 2.

Glo. de sua iurisdictione, ante fin. ibi. f. ad dno Papa, quia Episcopus nō posset. approbat. l. 1. tit. 15. part. 1. vbi glo. 12.

Cap. per nostras. 26. conc. l. 7. titu. 15. part. 1. vbi glo. 5. & vide. l. 11. tit. 21. part. 2. vbi glo. 2.

Cap. cum propter. 27. ad fin. versic. ita quod illi. vide. l. 11. tit. 15. part. 1. vbi glo. 3.

Glo. quatuor, iuncto tex. hic. vide glo. 1. per tex. ibi. l. 11. tit. 15. part. 1.

Cap. cum dilectus. 28. in prin. Cenedo in collectanea ad decretales, collectan. 76.

In tex. ad med. versic. nos igitur, ibi tanquam laicus. vide glo. 2. l. 7. tit. 15. part. 1. quae idem tenet per hūc tx. & l. 13. tit. 15. part. 1. vbi glo. 8. & 9. & notat glo. 2. in med. l. 7. tit. 9. part. 1. Nauarro. tom. 1. de rediti. ecclesiast. quaest. 1. §. 19. nu. 1.

In tex. post med. ibi, suberat iurisdictioni. conc. l. 13. titu. 15. part. 1. vbi gl. 5. & 7.

Glo. praesentare ad fin. versic. sed istud maiori nititur. vide. l. 2. titu. 15. part. 1. vbi glo. 3.

In ead. gl. ad fi. ibi, & propter hoc subtrahentur. vide. l. fin. tit. 15. part. 1. vbi gl. 1.

Cap. pastoralis. 29. in prin. vide. l. 6. tit. 15. part. 1. vbi glo. 2. in prin. Ioan. Gutie. de iura. confirma. 3. part. c. 13.

In tex. post med. ibi, malitiosē recusauit. conc. l. 6. tit. 15. part. 1. vbi gl. 5. & 6.

Gl. malitiosē, ad med. versic. dicendū. vide gl. 3. post prin. & gl. 4. quae d. illū tex. sequi opinio. huius glo. & glo. 6. l. 5. titu. 15. part. 1. & glo. 5. l. 6. eod. titu.

Cap. postulasti. 30. in prin. vide. l. 14. titu. 15. part. 1. vbi glo. 1. 2. & fin. per totā.

Glo.

§. Glo. vtrum, ad med. ibi, quia postea tenetur illum presentare. vide. l. 14. titu. 15. part. 1. vbi glo. 3. quae ad lōgum disputat, quam videatis.

Cap. transmissae, fin. post med. ibi, non concessio. conc. l. 5. tit. 15. part. 1. vbi gl. 7.

*De censibus, exactionibus, &c.*

*Titulo. 39.*

Titul. 39.

§. Vide titu. 22. part. 1. Nauarro, lib. 3. consilior. pagin. 334. & deinceps, tradit quatuordecim consilia.

Cap. sancitum. 1. in. 3. linea, ibi, mansus. vide. l. 2. titu. 10. part. 1. vbi glo. 3.

Glo. senioribus, iuncto tx. hic. vide gl. 4. post prin. l. 5. titu. 6. part. 1.

Cap. omnis anima. 2. in prin. vide. l. 15. titu. 13. part. 2. vbi gl. 4. quae non allegat.

& glo. 6. per tex. ibi. l. 11. titu. 28. part. 3. & glo. 2. in fin. l. 25. titu. 13. part. 5.

In tx. in fin. ibi, quia haec probatio, &c. vide. l. 8. titu. 22. part. 1. vbi glo. 2. & gl. 1. l. 10. titu. 18. part. 3.

Cap. licet. 4. notat gl. 1. in fin. l. 1. tit. 22. part. 1.

Cap. peruenit. 5. vide glo. 5. l. 2. titu. 25. part. 4. & l. 12. titu. 22. part. 1. vbi gl. 1. & 2. Paz in praxi, tom. 2. fol. 6. col. 2. num. 27. vbi tradit conc. Trid.

Glo. census, in. 2. linea, ibi, sed nunquid talis, circa hanc quaestionē congerit plures. dd. Iaso. §. praediciales, nu. 53. in fi. cum alijs, de actionibus.

In ead. glo. post med. ibi, & hoc intellige de his quae. vide glo. 5. post princ. l. 12. titu. 22. part. 1.

Cap. cum Apostolus. 6. in prin. vide in summa tit. 22. part. 1. vbi glo. 1. & 2.

In tx. post prin. versic. quod circa statum vsq; in fi. huius versic. ex hoc tx. desumpta fuit. l. 2. tit. 22. part. 1. vbi gl. 5. 6. 7. 8. & 9.

In eod. versic. inferi, ibi, Cardinales, &c. vide. l. 1. tit. 22. part. 1. vbi gl. fi. per totā. Cenedo in collecta. ad decreta. collec. 115.

In tex. ad fin. princ. ibi, nec sumptuosas, &c. vide glo. 5. per totam. l. 40. titu. 5. part. 1. & conc. conc. Trid. ses. 24. de reforma. c. 3. pagin. 286. in fin.

§. prohibemus, in prin. conc. l. 3. titu. 22. part. 1. vbi glo. 1.

In eod. §. versic. sustinemus autem. vide l. 3. titu. 17. part. 1. vbi glo. 9. & glo. 4. l. 29. titu. 5. part. 1.

Cap. praesenti, fin. in prin. vide. l. 11. titu. 5. part. 1. vbi glo. 3. Nauarro, tom. 1. de spolijs clericor. §. 10. nu. 1. 2. & 3. & §. 12. num. 2. & deinceps. & §. 13. & 10. 3. in manuali. c. 27. nu. 157.

In tex. in med. vers. porro, post prin. ibi, de illis bonis solum. vide bonam quaestio. glo. 1. col. 3. in med. l. 4. titu. 15. partit. 2.

Glo. reservari, multum post prin. ibi, distinguabat (prout distinxerat Hostiensis.) vide optimam gl. 6. col. 2. post prin. & post med. l. 40. titu. 5. part. 1.

In ead. glo. post med. vers. si vero sit clericus. nota quod ea quae clericus acquirit, absque beneficio ecclesiastico, efficiuntur.

efficiuntur propria, etiam si per viam ordinis acquirat, vide glo. fin. l. 5. titu. 21. par. 1. & gl. 4. in med. l. 12. titu. 23. par. 3.

#### De maiestate & obedientia.

Titul. 17.

#### Titulo 17.

¶ Vide in Decretalibus.

Titul. 18.

#### De pactis. Titulo 18.

¶ Vide in Decretalibus.

Cap. quannuis pactum, 2. notat Bart. l. Titia. §. Imperator, nu. 5. ff. de legat. 2. & vide eundem Bart. l. si quis in prin. nu. 14. post prin. ff. de legatis. 3. & l. omnes populi, nu. 26. ff. de iusti. & iure, & ibi nu. 32. in fin. Iaso. §. item si quis, num. 68. & §. quadrupli, nu. 61. de actionibus. & glo. 2. in fin. l. fin. titu. 11. par. 3. & an hoc pactum reuocetur naturalitate filiorum, vide gl. 3. ante fin. vbi se remittit. l. 8. titu. 4. part. 5. & glo. 3. in med. l. 8. titu. 13. part. 6. & glo. 5. post prin. & §. l. 6. titu. 19. part. 6. & glo. 2. per tex. ibi. l. 34. titu. 34. part. 7. Anto. Go. n. tom. 1. c. 11. num. 31. post med. ibi, quod tamen notabiliter limita. & tom. 2. c. 14. nu. 18. & 19. per totum, & num. 26. vers. tertio. Suarez. l. quoniam in prioribus, in commento. l. regni, limita. 4. per totam. & limitatio. §. num. 9. Auendaño, responsio. 27. in prin. & deinceps. Ioan. Gutier. c. 6. fil. 22. num. 20. & quod hic tex. non procedat in renunciatione haereditatis, del tronco, idem Gutierrez, in practi. quest. lib. 3. quest. 80. per totam explicat Lara l. si quis a liberis, §. parens, num. 118. de liber. agnoscend. Cenedo in collectanea ad Sextum, collectanea. 10.

Titul. 19.

#### De procuratoribus. Titulo 19.

¶ Vide in Decretalibus.

Cap. non in discretis, §. licet, in prin. vide. l. fin. in fin. vbi glo. fin. tit. 10. par. 3. & glo. 10. l. 19. titu. 5. part. 3.

In eod. §. in med. ibi, antea tamen. vide Paz in praxi, tom. 1. fol. 8. num. 5. & 6.

In eod. §. ibi, vel a domino substituenti. conc. l. 19. titu. 5. part. 3. vbi glo. 11.

In eod. §. ibi, etiam certa non expressa. vide glo. 5. ante med. l. 13. tit. 5. par. 3.

Glo. ab eo, pro ornatu huius glo. vide Paz in praxi, tom. 1. fol. 8. nu. 6. per totum.

Glo. procurator, post med. ibi, quod secundum nos videtur non verum. imo verissimum est, vt pote lege regia approbatum. l. 19. titu. 4. part. 3. vbi glo. 2. per totam.

§. procurator, vide. l. 19. titu. 5. partit. 3. vbi glo. 12.

Cap. quannuis, 2. in prin. conc. l. 24. tit. 5. part. 3. vbi glo. in summa.

Cap. qui ad agendum, 4. in prin. vide pro eius intellectu Couarr. lib. 2. variar. c. 5. num. 8. per totum. Paz in praxi, tom. 1. fol. 9. col. 1. num. 16. & 17.

In tx. ad med. vers. sed si aliquis. vide glo. 1. ante fin. l. 15. titu. 5. part. 3. Couarr. lib. 2. variar. c. 5. num. 8.

In tx. post med. vers. procurator. conc. l. 19. titu. 5. part. 3. vbi glo. 3. & 8. in med.

In tex. in fine, ibi, libere sit concessa. vide Bart. l. qui Romae. §. Calimachus, num. 1. in fin. ff. de verbo. obliga. Iaso. §. quadrupli, nu. 15. de actionibus.

Glo. vel pacisci, pro eius ornatu vide Paz in praxi, tom. 1. fol. 8. col. 4. nu. 14. 15. 16. & 17. vbi tradit plura.

Cap. qui generaliter, 5. in prin. vide glo. 1. l. 97. titu. 18. part. 3.

§. licet, in prin. vide. l. 19. titu. 5. part. 3. vbi glo. 14.

In tex. ibi, nisi maior, 25. annis. conc. l. 17. titu. 5. part. 3. vbi glo. 16. in prin. & vide. l. 1. titu. 22. part. 4. vbi glo. 12. & l. 7. titu. 25. lib. 4. recopilatio. Ioan. Gutier. de iura. confirma. 3. part. c. 11. per totum.

Cap. si duo, 7. ante med. ibi, qui per litis contestationem, per hunc tex. declaratur. l. 18. titu. 5. partit. 3. vbi glo. 4. hoc dicit.

In tex. in linea sequenti, vers. post occupat, vide. l. 18. titu. 5. part. 3. vbi glo. 5.

In tex. vers. tunc enim, vide glo. 6. per totam, per tex. ibi. l. 18. titu. 5. part. 3.

Glo. simul, post prin. vers. & hoc verum, cum ea transit gl. 1. post prin. l. 24. tit. 5. par. 3.

Glo. admitti, post prin. vers. sed quid dices, vide glo. 8. per totam. l. 18. tit. 5. part. 3. quæ tradit plures. dd.

§. fin. glo. specialiter, iuncto tex. hic. vide glo. fin. l. 18. tit. 5. part. 3.

In ead. glo. in med. ibi, iudex poterat eligere. vide di. cam. l. 18. tit. 5. part. 3. vbi glo. 3.

In eod. §. in med. ibi, idoneiorem ex ipsis. vide glo. fin. in fin. l. 6. tit. 10. part. 6.

Cap. licet. 7. glo. fin. in fin. vide Bart. l. more, num. 1. r. ad fin. ff. de iurisdic. omnium iudicum.

Cap. si quem. 8. post prin. vers. secus. vide Paz in praxi, tom. 3. fol. 32. col. 4. numer. 1. r.

In tex. post med. ibi, nisi dicas expresse. idem tenet glo. 1. post med. l. 25. tit. 5. part. 3.

In tex. paulo inferius, ibi, in quo tu melius nosti veritatem. vide l. 22. tit. 5. part. 3. vbi glo. 1.

Cap. procurator, fin. in prin. vide gl. 3. in fin. l. 1. tit. 1. part. 4. & glo. 1. per totam l. 10. eod. tit. & l. 5. tit. 2. part. 4. vbi gl. fin. tractat, quibus verbis uti debeat procurator in contrahendo matrimonio. & an matrimonium de quo hic sit sacramentum. Couarrub. de sponsalibus, 2. par. c. 1. §. 1. num. 5. vbi dicit quod sic, & cap. 4. num. 8. & deinceps, vbi plura de hoc tex. Ioan. Gutie. de iura. confirma. 1. part. c. 58. num. 17. & 18. Cenedo in collectanea ad Sextum, collecta. 3.

In tex. ad fin. ibi, nullius momenti, idem Anto. Gom. tom. 2. c. 4. num. 3. colun. 1. ante fin.

Glo. speciale, ante med. ibi, sed non longe maiora. vide Paz in praxi, tom. 1. fol. 9. num. 20. 21. & 22. vbi explicat.

Glo. reuocatus, ibi, quid si iurauerat? sequitur Couarrub. c. quauis pactum, 2. part. §. 2. nu. 2. vers. verum, & num. 4. vers. sed etenim, vsque in nu. 5.

### Titul. 20. De his quæ vi metus. Titu. 20.

¶ Vide in Decretalibus hoc titulo.

Cap. absolutionis. 1. Nauarro, tom. 3.

in manuali, c. 27. num. 125. vers. decima septima.

### De restitutio, in integ. Titu. 21. Titul. 21.

¶ Vide l. fin. titu. fin. part. 6. & posita in Decretalibus hoc titulo.

Cap. Ecclesia. 1. in prin. d. bonum tx. glo. 3. in fin. l. 4. titu. 14. part. 1.

In tex. post prin. ibi, quadrieni, vide l. fin. titu. fin. part. 6. vbi glo. 5. per totam. Anto. Gom. tom. 2. c. 14. num. 7. post prin. & deinceps.

Glo. Ecclesia. vide glo. 5. in med. l. 8. titu. 19. part. 6.

Glo. contractum, in prin. vide glo. fin. in fin. l. fin. titu. 11. part. 3.

In ead. glo. post med. vers. si autem prælatus, idem tenet glo. 5. in fin. l. 6. titu. 19. part. 6.

Glo. causa, videtur allegare gl. 5. post prin. l. 8. titu. 19. part. 6.

Cap. si aduersus. 2. Sarmiento, lib. 3. selectar. c. 13. num. 7.

### De arbitris. Titu. 22. Titul. 22.

¶ Vide in Decretalibus.

Cap. si ex tribus. 1. in prin. vide Bart. l. inter pares. 38. §. si in diuersis. ff. de re iudicata.

In tex. ad fin. ibi, de summa minori. conc. l. 17. titu. 22. par. 3. vbi glo. 5. Couarru. lib. 1. variar. c. 2. num. 6. Ioan. Garzia de expensis. c. 24. nu. 8. 10. & deinceps, vbi ad longum.

Cap. ut quæstionibus. 2. glo. lex civilis ad fin. vers. dic quod nõ. approbat Bart. l. duo ex tribus, num. 3. ff. de re iudicata. & vide glo. 2. in fin. l. 32. titu. 4. part. 3. & glo. 9. in fin. l. 17. titu. 22. part. 3.

Glo. circa iudices, in prin. vide Bart. l. Pomponius, num. 2. ff. de re iudicata.

### Sexti liber. 2. Liber. 2.

#### De iudicijs. Titulo. 1. Titul. 1.

¶ Vide in Decretalibus.

Cap.

Cap. iuris. 1. in prin. vide glo. 1. l. 12. titu. 5. part. 3.

In tex. post med. vers. nisi causa fuerit. vide l. 22. titu. 5. part. 3. vbi glo. 1. Paz in praxi, tom. 1. fol. 122. col. 2. num. 5. ad med. & 2. tom. fol. 46. col. 3. nu. 5. in prin. vbi plura tradit.

In tex. ibi, personaliter præsentari. Bernar. Diaz in practic. c. 131. per totum, vbi Salzedo.

Glo. iudicem, in 2. linea, ibi, nõ enim videtur. vide Paz in praxi, tom. 2. fol. 18. col. 2. num. 4. vbi. d. comunem, & dicit procedere etiam in Papa.

Glo. criminalis, in prin. notat glo. 3. in fin. l. 12. titu. 5. part. 3. & videnda glo. per procuratorem. c. super his. 16. extra de accusatio.

In glo. ibi, sed quærebat. Ant. Gom. tom. 3. c. 1. num. 16. per totum, vbi tenet contrarium.

Cap. mulieres. 2. in prin. vide l. 3. tit. 7. part. 3. vbi glo. in summa. Nauarro, to. 3. in manuali, c. 27. num. 125. vers. decima octaua.

Glo. iure prohibente. vide glo. 3. in x. ta. fin. l. 27. titu. 16. part. 3.

Cap. si annum. 3. in prin. vide l. 2. tit. 2. part. 3. vbi glo. 2. & glo. fin. ante med. l. 4. titu. 11. part. 5. & glo. 4. post prin. l. 14. titu. 18. part. 4. Couarru. lib. 1. variar. c. 5. numer. 8.

In tex. post med. vers. in huiusmodi. vide Paz in praxi, tom. 1. fol. 25. num. 20 & 22. vbi plures tradit.

Glo. regulariter, in prin. vide Paz in praxi, tom. 1. fol. 24. num. 5. cum sequentibus. & in 3. tom. pagina. 54. num. 4. & glo. 1. post prin. l. 2. titu. 2. part. 3. & gl. 1. ante med. l. 7. titu. 2. part. 3.

### Titul. 2. De foro competenti. Titulo. 2.

¶ Vide in Decretalibus.

Cap. Romana. 1. §. contrahentes, in prin. vide l. 8. tit. 9. par. 1. vbi glo. 5. & 7. & conc. l. 32. titu. 2. part. 3. vbi glo. 10. in 4. limitatio. & vide glo. fin. colun. 3. post prin. l. 2. titu. 24. part. 4. & notat Barto. l.

hæres absens. §. si quis tutelam, num. 1. ad med. & per totum, vbi tractat de intellectu huius. §. vsque in fin. illius tx. ff. de iudicijs. Couarr. in practis. c. 10. nu. 4. Suarez. l. post rem iudicatam, in comento. l. regni. 2. part. 5. quæst. post princ. & deinceps. & l. 2. titu. de los emplazamientos, lib. 2. fori. §. vlti. queritur, nu. 9. & §. vlti. nota, nu. 6. Ioan. Gutie. de iura. cõfir. 3. par. c. 16. per totum. Humada. l. 15. titu. 1. part. 1. glo. 4. num. 10. Cenedo in collectanea ad Sextum, collecta. 33.

In tex. ad fin. ibi, ad denunciationem. vide l. 1. titu. 27. part. 3. vbi glo. 5. per totam. Bart. l. a diuo Pio. §. 1. num. 1. per totum. ff. de re iudica. Paz in praxi, tom. 1. fol. 91. col. 1. num. 7.

Glo. inuitos. vide glo. 3. post prin. l. 27. titu. 16. part. 3.

Cap. cum. C. laicus. 3. in prin. vide In molam. c. cum contingat, num. 31. vers. de iure autem canonico, extra de iure iurando. Couarru. lib. 1. variar. c. 4. nu. 8. col. 2. post princ. & c. quauis pactum, 1. part. §. 5. num. 6. Ioan. Gutier. de iura. confirma. 3. part. c. 12. & authentica sacramenta puberum, nu. 16. C. si aduersus venditionem. Cenedo in collectanea ad Sextum, collectan. 2.

In tex. vers. ipsam. Paz in praxi, to. 2. fol. 7. col. 3. num. 35. & fol. 8. col. 1. nu. 39. vbi tradit legem regiam.

### De litis contestatione. Titu. 3. Titul. 3.

¶ Vide in Decretalibus.

Cap. exceptionis. 1. in prin. vide glo. 1. in fin. l. 5. tit. 10. par. 3. & gl. 2. l. 7. titu. 16. par. 3. & gl. 1. in fin. l. 6. ti. 3. par. 7. Paz in praxi, tom. 1. fol. 47. col. 4. nu. 3. 4. & 5. Molina de primogenijs, lib. 4. cap. 9. numer. 40.

Glo. defensionis, in prin. vide Bart. l. si vnus. §. pactus ne peteret, num. 15. ff. de pactis.

In ead. glo. post prin. vers. defensiones. vide glo. vnicam, col. 2. in med. l. 8. titu. 3. part. 3.

De

Titul.4. De iuramento calūnia. Titulo.4

¶ Vide in Decretalibus.
Cap. si de calūnia. 1. §. propter. vide l.23. titu. 11. partit. 3. vbi glo. 1. & glo. 1. per tex. ibi. l. fin. titu. 10. partit. 3. Paz in praxi, tom. 1. fol. 4. col. 2. nu. 47.
Cap. in appellationis. 2. §. procuratores, in prin. vide gl. fin. l. 23. tit. 11. part. 3.
Gl. ab ipsis, ibi, & in propria præbet. vide glo. verbo migrauerit, in authenti. principales. C. hoc titulo. Paz in praxi, tom. 1. fol. 34. col. 2. num. 4.
§. in omnibus. Ant. Gom. tom. 3. c. 12. num. 5. per totum, vbi quod reus interrogatus cum iuramento teneatur dicere veritatem.
Cap. nullam. 3. vide glo. fin. l. 23. tit. 11. partit. 3.

De restitutione spoliatorum. Titulo. 5.

Titul. 5.

¶ Vide in Decretalibus.
Cap. frequēs. 1. in med. ibi, intra quindecim dierum spacium. vide gl. 3. in fin. & 4. l. 5. titu. 10. part. 3.
Cap. ad decimas. 2. in med. ibi, nisi euidenter. vide glo. 3. post prin. l. 5. titu. 14. part. 3. Nauarro, tomo. 1. c. accepta. 10. oppositio. num. 21. extra hoc titu.

Titul. 6. De dolo & contumacia. Titu. 6.

¶ Vide in Decretalibus.
Cap. Actor. 1. glo. ad terminum, in prin. vide Paz in praxi, tom. 1. folio. 24. num. 2. & 3.
In ead. glo. in med. ibi, possit excommunicari. vide Paz in praxi, tom. 2. fol. 17. col. 1. num. 5. post med. vsque in fin.
Glo. venienti. vide Paz in praxi, to. 2. fol. 17. col. 3. num. 12.
Glo. sufficēter. idem tenet Paz in praxi, tom. 2. fol. 17. col. 2. nu. 8. per totum.
Cap. cum qui. 2. glo. audiēdam. idem tenet glo. 2. in med. l. 5. titu. 22. part. 3.

De eo qui mittitur in possessione causa rei seruan. Titu. 7.

Titul. 7.

¶ Vide in Decretalibus hoc titulo.
Cap. eum qui. 1. Paz in praxi, tom. 2. fo. 32. col. 2. nu. 14. & fol. 35. col. 2. nu. 59 & glo. 8. post med. l. 27. titu. 23. par. 3. & notat Bart. repetitio. l. is cuius, in fia. ff. si seruitus vindicetur.
Glo. obtinendis, in med. versu. sed dic. quod non. licet comunem Paz in praxi, tom. 2. fol. 35. col. 4. num. 69.

Vt lite pendente. Titulo 8.

Titul. 8.

¶ Vide in Decretalibus hoc titulo.
Cap. 11. 2. ve. si. sanē. Anto. Gomez, tom. 2. c. 2. num. 39. col. 7 post prin.
Glo. finita, post med. ibi, quia statim illo cedente. ergo si clericus sit priuandus beneficio, poterit ante priuationem eidem beneficio renunciare. Couan. clementina si furiosus. 2. parte. §. 3. per totum.

De confessis. Titu. 9.

Titul. 9.

¶ Vide in Decretalibus.
Cap. statuimus. 1. vide Paz in praxi, tom. 1. fol. 58. col. 4. num. 71. & folio. 86 col. 3. num. 25.
Glo. statuimus, multū post prin. versu. sunt autem positiones. vide glo. 4. & 6. l. 3. titu. 13. part. 3. Anto. Gom. tomo. 3. c. 12. num. 4. in med. vbi plures. dd. tradit Paz in praxi, tom. 1. fol. 58. col. 4. nu. 73. vbi idem quod hic tex. tenet.
Gl. iussusque, in fine additionis. idem tenet Paz in praxi, tom. 1. fol. 59. col. 2. numer. 36.
Glo. absque rationabili, in prin. notat glo. 2. & fin. l. 2. titu. 12. part. 3.
In tex. in med. ibi, pro confesso. intellige si lis contestata fuisset, aliās secus, secundum Bart. l. si finita. §. Iulianus, nu. 16. in fin. ff. de damno infecto. & vide gl. 6. per tex. ibi. l. 3. tit. 13. part. 3. Paz in praxi, tom. 1. fol. 59. col. 1. num. 80. 81. & deinceps. Nauarro. 1. tom. c. si quis aliquando. §. non tibi dico, nu. 27. de pœnit. ten. distinc. 1. & tom. 2. rubrica, extra de iudicijs. §. decimū tertiu. nu. 58. Sarmiento, lib. 3. select. c. 13. nu. 8. versu. q̄ vero.

De

De testibus & attestationibus.

Titul. 10.

Titulo. 10.

¶ Vide in Decretalibus.
Cap. mediatores. 1. in prin. vide. l. fin. in prin. vbi glo. 1. titu. 17. part. 1. & l. 36. titu. 16. part. 3. vbi glo. 1. post prin. & notat Bar. l. qui testamento. 20. in fin. prin. ff. de testamentis. Menoch. lib. 2. de arbitrijs, centuria. 5. casu. 411. nu. 4.
Glo. ad testimonium, post med. ibi, quia circa accusationem. vide glo. fin. l. fin. titu. 17. part. 1.
Glo. ciuilitur. vide glo. 1. post prin. & per totam. l. 36. titu. 16. part. 3.
Glo. affecti, in prin. Ant. Gom. to. 3. c. 12. num. 16. in fin. prin.
In glo. post med. versu. vel dic. vide Bart. l. quonia liberi. nu. 4. C. de testib. & glo. 2. post prin. & 3. per totam. l. 21. titu. 16. part. 3. Anto. Gom. tom. 3. c. 12. nu. 16. col. 1. in med. vbi plures. dd. tradit.
Cap. presentium. 2. ante med. versu. præterea sigillatim. vide. l. 11. titu. 11. part. 3. vbi glo. 3. in prin.
Glo. ipsorum, in prin. vide gl. 4. in fin. l. 17. titu. 5. part. 1. vbi dicit notabilem, & citat Abbatem. & glo. 1. post princ. l. 2. titu. 14. part. 1. & glo. 6. l. 10. tit. 14. par. 1. vbi dicit communem.
Glo. illos. hanc voluit allegare glo. in summa. l. 41. titu. 16. part. 3. quæ dicit ex hac glo. illam. l. desumptam fuisse.
In tex. in med. versu. testes etiam. vide gl. 2. col. 1. in med. l. 8. tit. 16. par. 3. & notat gl. 6. ques. 2. post prin. l. 14. tit. 1. par. 7.
Glo. articulus, in prin. vide Paz in praxi, tom. 1. fol. 57. col. 3. num. 61.
In tex. post med. ibi, specificatione criminum. vide Paz in praxi, tom. 1. folio. 66. col. 1. num. 11. qui tradit. l. regiam & dd. & vide glo. 17. l. 4. titu. 7. part. 6.
Gl. interrogatoria, post prin. ibi, vnde datis articulis. vide Paz in praxi, tom. 1. fol. 57. col. 4. num. 62. vbi d. q̄ iure Hispano non differt articulus ab interrogazione. & vide ibi fol. 58. col. 1. num. 64. 65. & 66. & fol. 59. col. 4. nu. 94. 95. & 96.

Nota.

In glo. in med. ibi, & si ibi præsens erat. vide glo. 2. l. 8. titu. 6. part. 3.
In ead. glo. ad fin. ibi, & si qua reperit superflua. idem tenet Bart. per hanc gl. l. 1. nu. 9. ff. si certum petatur.
Cap. Romana. 3. in med. ibi, non recipiatur in testem. conc. l. 19. tit. 16. par. 3. vbi glo. 2. & 3.
Glo. appellationis, in med. ibi, non debent testimonium ferre. vide Bart. l. omnibus, num. 7. per totum. C. hoc titu.

De iureiurando. Titulo. 11.

Titul. 11.

¶ Vide in Decretalibus.
Cap. contingit. 1. post prin. ibi, scripta & non scripta. vide glo. 1. post med. l. 4. titu. 1. part. 1.
Cap. licet. 2. in prin. vide Bart. l. omnes populi, nu. 22. vsque in. 26. ff. de iusti. & iure. & ibi nu. 32. in fin.
In tex. post prin. ibi, proprio iuramento. notat Bart. l. Tria. §. Imperator, nu. 5 ff. de legatis. 2. & glo. 6. post prin. l. 6. tit. 19. part. 6. Ant. Gom. tom. 2. c. 14. nu. 26 in prin. & deinceps.
In tex. in med. ibi, quia tamen quidam iudices seculares. vide Paz in praxi, to. 2. fol. 7. col. 4. num. 36.
Glo. compellendos. vide Bart. l. is cui bonis, nu. 8. ff. de verbo. obliga.
In ead. gl. post med. versu. dic. s̄m Hostien. vide Iaf. §. item si quis, num. 11. de actio. vbi dicit com̄er reputari singulari. ad longū Couar. c. quanuis pactū, 2. part. §. 2. nu. 2. & deinceps. Padilla. l. clari. nu. 8. & deinceps. C. de fideicōmi. Ioā. Guti. de iura. cōfir. 1. par. c. 1. nu. 82.
Cap. cum in positionibus. 3. glo. iusta ad fin. versu. satis videtur, & c. vide glo. 2. prope fin. l. 30. titu. 16. part. 3.

De exceptionibus. Titu. 12.

Titul. 12.

¶ Vide in Decretalibus.
Cap. pia. 1. in prin. vide paz in praxi, tom. 1. fol. 41. col. 2. nu. 63. & 64. & gl. 5. col. 1. post med. l. 6. titu. 9. part. 1.
In tex. colun. 2. in fin. ibi, apertissimis documentis. Couarubias, cap. alma mater

mater. 1. part. §. 3. num. 1. post princ. & §. 3. num. 5. vers. ad huc. Salzedo, in additionibus ad Bernar. Diaz, in practica, cap. 151. num. 16

In tex. ad fin. ibi, excommunicatus sit publicè, vide bonam glo. 1. ante fin. l. 35. titu. 9. part. 1.

Cap. cum quidam, 2. post med. ibi, cōpellantur, vide Bart. l. quod iussit, nu. 15. ff. de re iudicata.

### Titul. 13. De prescriptionibus. Titu. 13.

¶ Vide in Decretalibus.

Cap. Episcopum. 1. in prin. vide. l. 26. tit. 29. par. 3. vbi glo. 1. & glo. 12. in prin. l. 5. titu. 13. part. 1.

In tex. ad med. vers. nam licet, in. 2. linea, ibi, si sibi non est, vide glo. 1. col. 3. ante med. l. 8. titu. 14. part. 1. Couarrub. lib. 1. var. c. 17. nu. 7. in prin. & in fin. Padilla. l. 2. num. 19. 20. & 21. C. de seruiturib⁹ & aqua, tradit plures intellectus.

In tx. ad fin. vers. nisi tanti temporis, idem tenet glo. 1. ante med. l. 3. titu. 2. part. 1. & vide glo. 4. & 5. ante med. l. 12. titu. 2. part. 1. Anto. Gom. tom. 2. c. 15. num. 28. in prin. & deinceps. Couarru. regula possessor. 2. part. §. 5. num. 2. vers. quinta.

C. si qui, 2. post med. vers. si post mortem hæreticorum, vide. l. 7. titu. 1. par. 7. vbi glo. 5. in fin. & glo. 3. post prin. l. 7. titu. 25. part. 7. Anto. Gom. tom. 3. c. 1. nu. 81. per totum, vbi cōcordat cum, l. 2. C. de apostatis, & ibi. c. 2. nu. 3. & quod hic tex. procedat quando bona hæreticorū applicantur ecclesiæ, secus si fisco seculari, quia tunc quinquennio præscribuntur hæc bona, idem Gomez, tom. 3. c. 14. num. 5. per totum.

### De sententia, & re iudicata.

Titul. 14.

#### Titulo. 14.

¶ Vide in Decretalibus.

Glo. rubricæ, vide Paz in praxi, tom. 1. fol. 73. col. 2. num. 15. vbi tradit concordantes de iure regio.

Cap. cum eterni. 1. vers. caueant, ibi,

timor exultet, vide. l. 18. titu. 9. par. 2. vbi glo. 5. & l. fin. titu. 17. part. 3. vbi glo. 1. Anto. Gom. tom. 3. c. 6. num. 7. col. 3. ad fin. & deinceps, & c. 13. nu. 30. ad fin.

In tex. vers. si quis autem iudex, post med. ibi, quicquā, vide Iaso. §. præterea, num. 14. cum alijs superioribus, & inferioribus. & §. si minus, nu. 15. post med. vbi. d. pulchrum tex. vbi disputat an iudex teneatur sequi allegata & probata an vero suam conscientiam, de actionibus, & vide glo. fin. l. 22. titu. 9. part. 2.

In eod. tx. & vers. ad fin. ibi, ad estimationē litis, ad idem notat gl. fin. in med. l. fin. titu. 17. part. 3.

Glo. vel per sordes, iuncto tx. hic. Navarro, tom. 2. de datis & promissis, notabili, 3. nu. 4. per totum, & tom. 3. in manuali, c. 27. num. 157. vers. decima.

In tex. ante fin. ibi, irregularitatis laqueo, vide. l. 18. titu. 9. part. 1. vbi glo. 2. & glo. 18. in fin. l. 63. titu. 5. part. 1. & posita. c. 1. ibi, irregularitatis, extra de sententia excommunicationis.

In tex. paulo inferius, ibi, a qua, conc. l. 18. titu. 9. part. 1. vbi glo. 5.

Cap. ad Apostolicæ. 2. in prin. notat glo. 8. in med. l. 1. titu. 1. partit. 2. & vide glo. 24. in med. l. 2. eod. titu. & glo. 2. per totam. l. 82. titu. 18. part. 3. & glo. 2. col. 8. quæst. 22. in fine. l. 3. titu. 13. part. 6.

Glo. anathematis, Navarro, tom. 2. de datis & promissis, §. quarto noto, nu. 10. vers. addo sexto, cum vers. sequenti.

In tex. col. 4. glo. grauissima, idem tenet glo. 6. post med. in proemio part. 2.

Glo. pacem, iuncto tex. hic, vide gl. 3. in fin. & glo. 6. l. 2. titu. 12. part. 7.

In tex. col. 4. ad fin. vers. nos itaque, ibi, cum Iesu Christi vices, & c. idem Pius Papa. IIII. in bulla celebrationis. cōci. Trid. ses. 15. pagi. 178. ad fin. & notat glo. 3. colū. 4. ante med. l. 2. titu. 23. partit. 2.

Glo. illi autem, post med. vers. sed nunquid Papa, vide glo. 6. post med. in proemio partit. 2.

Glo. eligant, vide. l. 2. titu. 1. partit. 2. vbi

vbi glo. fin. in prin. Abbatem, c. 1. nu. 1. prope fin. extra de pactis.

Cap. Abbate, 3. in prin. vide gl. 1. post prin. l. 16. titu. 22. part. 3.

Glo. dominij, col. 1. ante med. ibi, & quod credat modo venditorē, plura iura. & gg. tradit Anto. Gom. tomo. 3. c. 3. nu. 27. col. 2. post prin.

In glo. inferius, vers. & formatur libellus, idem. d. Iaso. §. sed istæ, num. 70. in prin. de actio. & ibi num. 72. in prin. Paz in praxi, tom. 3. pagin. 28. in prin.

In ead. gl. post med. ibi, tamen a quocunque possessore, præter quam a domino, vide Iaso. §. sed istæ, nu. 79. cum alijs, de actionibus.

Glo. non valebat, vide Bart. l. seruos, num. 4. ff. de alimen. lega.

In tex. col. 4. ante fin. vers. cæterum, post prin. ibi, quia cum quis egit ex aliqua certa & speciali causa, vide. l. 25. titu. 2. part. 3. vbi glo. 1. 2. 3. & fin. in med. & glo. 2. ante fin. l. 15. titu. 5. partit. 5. & glo. 6. post prin. & per totam. l. 53. titu. 5. part. 5. & glo. 1. in fin. l. 18. titu. 8. part. 5.

In tex. col. 5. in prin. vers. secus, vide Bart. l. non potest, num. 2. ff. de iudicijs. & l. 6. constante. §. fin. num. 7. ff. de iur. matrimo.

In ead. col. post med. vers. quare, Suarez, allegatio. 8. num. 1. & 2.

In tex. col. 6. post princ. ibi, videlicet quando ex certa & expressa causa specialiter non est actum, eodem modo intelligit Iaso. §. 1. num. 66. in fin. de actionibus, videlicet, quod hoc sit verum, quando nulla causa assignata fuit, quæ vide vbi §. num. 67. vbi tradit plures. dd. & vide ibi num. 121. & 122. & §. curare, nu. 16. de actionibus.

Glo. locus, iuncto tex. hic, vide. l. 54. titu. 18. part. 3. vbi glo. 4.

Cap. & si sententia, 5. in prin. concor. l. 5. titu. 22. part. 3. vbi glo. fin. & vide. l. 6. in fin. vbi glo. fin. eod. titulo.

In tex. vers. sententia quam, vide. l. 5. titu. 22. part. 3. vbi glo. 3. Bart. l. 1. in fin. ff. de re iudicata.

Glo. profertur, de hac glo. vide. l. 18. titu. 9. part. 2. vbi glo. 1. per totam.

Glo. illustrium. d. plenissimam Iaso. §. tripli, num. 26. de actionibus. quem vide, etiam, §. curare, nu. fin. per totum, de actionibus, & vide glo. 4. in fin. l. fin. titu. 10. part. 3. & glo. fin. in fin. l. 4. tit. 16. part. 3. & glo. 5. l. 6. titu. 22. part. 3.

In glo. multum ante fin. ibi, ita quod nec locus esset libello, Anto. Gom. to. 3. c. 1. num. 45. vbi quod sententia non requirit scripturā, quando proceditur sine figura iudicij, secus alias.

In ead. glo. ad fin. ibi, & dicunt quidā aliter, vide glo. 5. l. 5. titu. 22. part. 3.

Glo. sedendo, post princ. vers. quid si sedebat, vide glo. fin. l. 5. titu. 27. part. 3.

### De appellationibus. Titu. 15. Titul. 15.

¶ Vide in Decretalibus.

Cap. cordi, 1. in. 3. linea, ver. sancimus, notat Bart. l. quod iussit, num. 13. ff. de re iudicata. Paz in praxi, tom. 1. fol. 170. col. 2. num. 8. vbi. d. duplicem esse appellationem.

In eod. vers. post prin. ibi, in scriptis, vide Paz in praxi, tom. 1. fol. 172. col. 3. num. 33. vbi tradit plures.

In tex. vers. in quibus, in. 2. linea, ibi, causam exprimat, vide Paz in praxi, tom. 1. fol. 172. col. 4. num. 35. per totum.

Glo. in iudicio, recipitur cōmuniter, secundum Paz in praxi, tom. 1. fol. 170. col. 2. num. 8.

Glo. vel extra, in prin. vide Paz in praxi, tom. 1. fol. 170. col. 3. num. 10. in prin.

Glo. exhiberi, vide Iaso. §. actionum, num. 201. de actionibus.

Glo. indulto, vide Paz in praxi, tom. 1. fol. 175. col. 3. num. 2. per totum.

Cap. legitima, 2. in prin. vide glo. 5. per tex. ibi. l. 22. titu. 4. part. 3.

Glo. iudicem, recipitur ab aliquibus traditis a Paz in praxi, fo. 2. fol. 24. col. 2. numer. 18.

Glo. formam, vide Paz in praxi, to. 2. fol. 24. col. 2. num. 20.

In tex. ad finem, ibi, iudex ex tunc, vide



vile Paz in praxi, tom. 2. fol. 24. col. 1. num. 12. & 22.

Cap. Romana. 3. in prin. vide. l. 18. tit. 23. vbi glo. 1. par. 3. & hic tex. innouatur per conc. Trid. ses. 22. de reforma. c. 7.

In tex. ad med. prin. ibi, eorum vices supplendo. vide glo. 1. in med. l. 2. titu. 4. partit. 3.

Glo. genera. vide Paz in praxi, tom. 1. fol. 20. num. 6. vbi tradit alias duas glos. & dd. eas sequentes.

§. ab archidiaconis. vide Paz in praxi tom. 2. fol. 50. col. 2. num. 4. post med. & vique in fin. vbi tradit conc. Trid.

§. quod si obijciatur. vide Paz in praxi tom. 2. fol. 52. col. 3. num. 14. in med.

§. si autem, ad fin. ibi, possunt ne sententia, &c. vide glo. fin. in med. l. 16. titu. 23. part. 3. Paz in praxi, tom. 1. fol. 201. col. 3. num. 135. & 136. vbi tradit legem regiam, & ibi fol. 52. col. 3. num. 14. post prin. vbi tradit conc. Trid.

Glo. mandatur, in prin. iuncto tx. hic sequitur Anto. Gom. tom. 3. c. 1. nu. 47. col. 2. in prin. & deinceps.

In glo. in med. ibi, nisi exprimeret. vide Paz in praxi, tom. 1. folio. 172. col. 3. num. 35. vbi dicit communem, & tom. 2 fol. 52. col. 4. num. 14. in med. vbi etiam d. communem.

§. debet. vide Couarr. in practi. quest. cap. 4. num. 2. col. 1. ad fin.

Cap. cum appellationibus. §. ad fin. ibi, totius causae. nota hunc tex. per quem appellatio ab interlucotora totum negotium suspendit, hodie autem ab interlocutoria non potest appellari, nisi contineat grauaem irreparabile, vt constat ex conc. Trid. ses. 13. de reforma. cap. 1 ante fin. & tradit Paz in praxi, tomo. 1. folio. 171. col. 4. num. 26. Anto. Gomez tom. 3. c. 13. num. 32. per totum, vbi plures. dd. tradit.

Cap. ab eo. 6. in prin. vide. l. 26. titu. 23 part. 3. vbi glo. 2. Paz in praxi, tom. 2. fol. 51. col. 1. in prin. num. 6. & 7. per totum. & fol. 52. col. 2. num. 10. prope fin.

Cap. non solum. 7. in prin. vide. l. 26.

titu. 23. part. 3. vbi glo. 5. & glo. 7. l. 27. eo dem titulo. & notat Bart. l. quod iussit, nu. 14. in fin. ff. de re iudica. Paz in praxi, tom. 2. fol. 49. col. 3. num. 2. in med.

In tex. in med. versi. illa vero. Couarr. in practi. c. 24. nu. 1. & 2. & vide Paz in praxi, tom. 2. fol. 53. col. 2. num. 14. & per totam illam columnam. & ibi nus. n. 16. in prin.

Glo. reducendum, in 2. linea, versic. 1. i autem aliquid. vide glo. 8. in med. l. 27. titu. 23. part. 3.

In ead. glo. multum ante fin. versi. unde vnum scias. vide glo. 5. iuxta fin. l. 26. titu. 23. part. 3.

Cap. concertationi. 8. glo. sciuerit. plures secuntur relati a Paz in praxi, tom. 1. fol. 170. col. 4. num. 15. & rursus fol. 197 col. 4. num. 92. post med.

Cap. appellatio. 9. in prin. vide Barto. l. non solum. §. morte, num. 11. in princ. ff. de noui operis nuncia.

Cap. si a iudice. 10. in med. ibi, suspensa. in spectro futuro euctu. intelligit Paz in praxi, tom. 1. fol. 170. nu. 12. per totu.

Cap. a collatione. 11. glo. praelatus. vbi de glo. 1. in fin. l. 15. titu. 5. part. 1.

Cap. licet. 12. Parladoro, lib. 2. rerum quotidiana. c. fin. 5. part. 5. 11. num. 57.

Sexti liber. 3.

De vita et honestate clericorum. Titulo. 1.

Vide in Decretalibus. & conc. Trid. ses. 24. de reforma. c. 12. pagin. 298. in fin.

Cap. clerici. 1. in prin. innouatur per conc. Trid. ses. 22. de reforma. c. 1. post prin. & vide Couarru. in practicis. c. 32. nu. 2. versi. tertio his erit.

In tex. in med. ibi, si per annum. intellige continuum. vide glo. 4. col. 2. post med. l. 2. titu. 28. part. 7.

De clericis coniugatis. Titu. 2.

gVide in Decretalibus.

Liber. 3.

Titul. 1.

Titul. 2.

Cap.

Cap. clerici. 1. in prin. vide gl. fin. l. 49 titu. 6. part. 1. & gl. 1. col. 3. post med. l. 1. titu. 7. part. 1. & haec constitutio innouatur & declaratur per conc. Trid. ses. 23. de reformatio. c. 6. Paz in praxi, tom. 2. fol. 53. col. 2. nu. 7. vbi tradit intellectum.

Anto. Gom. tom. 3. c. 10. num. 4. per totum, vbi de clericis coniugatis. Couarr. in practicis. c. 31. num. 6. versic. quinto, vbi explicat. Auendaño de exequend. mand. regum, lib. 1. c. 22. nu. 11. & deinceps, vique in fin. capit. vbi de clericis primae tonsurae, & coniugatis. Ioan. Gutie. de iura, confirma. 1. part. c. 17. nu. 11 versi. sed haec opinio. & in practi. quest. lib. 1. quest. 7. 8. 9. 10. 11. & 12. Humada. l. 54. titu. 6. part. 1. vbi glo. 2. num. 15. post prin.

In tex. post med. ibi, aut ciuilliter. vide glo. 4. limita. 2. l. 57. titu. 6. part. 1.

Glo. virginibus. vide glo. 4. post prin. l. 4. titu. 1. part. 4.

Glo. contraxerunt, in med. ibi, sed contrarium credo, idem credidit. Ant. Gom. tom. 3. c. 10. num. 4. ad fin.

Glo. clericus. Paz in praxi, tom. 2. fol. 5. col. 1. num. 6. vbi tradit plures. dd.

De clericis non residentibus.

Titul. 3.

Titulo. 3.

gVide in Decretalibus, & posita. c. peruenit. 7. quest. 1.

Cap. consuetudinem. 1. in prin. innouatur per conc. Trid. ses. 24. de reforma. ca. 12. pagin. 298. in med.

In tx. post prin. ibi, & tantu residenti bus tribuuntur. idem tenet gl. 5. in med. l. 17. titu. 9. part. 1. & gl. 1. post prin. l. 16. titu. 16. par. 1. Couarr. lib. 3. variar. c. 13. nu. 1. & 2. vbi ad longu. & num. 5. col. 2. in fin. versi. colligitur. Cenedo in collectanea ad Sextum, collectan. 15.

In tex. in med. versi. qui vero aliter. vide. l. fin. vbi glo. fin. per totam, titu. 16. part. 1. Anto. Gom. in explicatione bul. lae Cruciate, clausula. 4. num. 24. Ioan. Gutie. in canonicis quest. c. 1. nu. 145.

In tex. inferius, ibi, dominium non acquirat. ergo beneficiarius dominus est sui beneficii. Nauarro, tom. 1. de redditibus ecclesiasti. quest. 1. §. quinquagesimo primo, num. 3. & 4. Sarmiento, in defensione libelli de redditibus ecclesiasticis. 1. par. §. in. xliij. nu. 1. & deinceps.

Glo. suas. Nauarro, tom. 3. de oratione, miscellaneo. 59. numer. 1. & 2. & deinceps.

Glo. receperit, col. 1. ad fin. versic. sed quid. Couarru. lib. 1. varia. c. 20. num. 5. Nauarro, tomo. 1. de vsuris. §. nono, numer. 20.

De prabendis. Titu. 4.

Titul. 4.

gVide in Decretalibus.

Cap. licet. 2. in princip. vide. l. 5. titu. 5. part. 1. vbi glo. 22. Bart. repeti. l. de quibus, num. 8. ad fin. ff. de legibus. & posita. c. proposuit. 4. ibi, secundum plenitudinem potestatis, extra de coeessio prebendae. Nauarro, tom. 1. de spolijs clericor. §. 3. num. 4. versi. non obstat etiam.

Pinelo, rubrica. C. de rescinden. vendi. 1. part. c. 2. num. 29. & 30. Cenedo in collectanea ad Sextum, collectan. 21.

Glo. pertinere. vide. l. 1. titu. 16. part. 1. vbi glo. 7.

Glo. collatio, in princip. vide glo. 9. in med. vique in fin. que tenet contrarium Nota. l. 13. titu. 15. part. 1.

Cap. statutum. 3. Couarru. lib. 3. varia. c. 20. num. 8.

Glo. numerandum, in prin. vide gl. 4. col. 2. post med. l. 6. titu. 10. part. 6. Couarru. c. 3. de testamentis, nu. 4. & vide in Vocabulario vtriusq. iuris, littera. An. vbi. d. ab, separationem denotare.

In ead. glo. post prin. versi. item redditur ad ius commune. idem docet Anto. Gomez, tom. 1. c. 5. num. 11. post med. l. vbi dicit communem, & plures doctores tradit.

Glo. per seipos. Couarru. lib. 3. varia. c. 20. num. 8. in med.

Cap. quauis. 4. gl. non extendit, post med. versi. sed pone. vide glo. fin. in fine. l. fin. titu. 16. part. 1.

Cap.

Nota.

Cap. cum de beneficio. 5. in prin. vide glo. 4. col. 1. in fin. & col. 2. post med. l. 3. titu. 26. par. 4. & conc. Trid. ses. 14. c. 10 de reformatio.

Cap. super eo. 6. vide l. 4. tit. 16. par. 1. vbi gl. 5. Nauarro, lib. 3. consilio. de prae bendis, consilio. 28. nu. 1. & 4. pag. 137.

Cap. cum. 7. Nauarro, tom. 3. de indul gentijs & iobeleo. 34. notabili, num. 5. post prin.

Cap. dudum. 14. post med. vers. con siderates quoque. vide glo. 2. post med. l. 36. titu. 18. part. 3.

Cap. cum in illis. 16. in prin. vide gl. 3. col. 5. vers. benefateor, per totum. l. 32. titu. 9. part. 6.

Cap. si tibi absent. 17. post prin. vers. ipse tamen Episcopus. vide l. 7. titu. 15. part. 1. vbi glo. 1. & l. 7. titu. 16. par. 1. vbi gl. 3. per totam. & gl. 1. col. 1. post princ. & col. 2. post med. l. 4. tit. 4. part. 5. & gl. 16. in fin. l. 28. titu. 8. par. 5. & notat gl. 3. quæst. 1. post prin. l. 2. titu. 26. par. 7. Couarr. c. quauis pæctû. 2. part. 5. nu. 15. in prin. & melius & perfectius lib. 3. variar. c. 16. nu. 1. per totum.

Cap. si beneficia. 20. Nauarro, tom. 2. c. accepta. 7. oppositio. nu. 45. 46. vsque ad nu. 54. extra de resti. spolia.

Cap. non potest. 21. glo. Apostolicæ. vide l. 3. titu. 16. part. 1. vbi glo. fin. quæ sequitur hic glo.

Cap. si Apostolicæ. 22. ante fin. vers. cæterum. notat Anto: Gom. tom. 1. c. 9. nu. 20. in prin. vers. secundo facit.

Cap. si motu proprio. 23. ad fin. vers. motu quoque. vide glo. 2. in fin. l. 29. tit. 18. part. 3.

Cap. cum in ecclesia. 25. ante fin. ibi, dictam consuetudinem. vide gl. 3. in fin. l. 5. titu. 15. part. 1.

Cap. cui. 27. Couarr. lib. 1. variar. c. 20. num. 6. post prin. Sarmiento. lib. 4. selectar. l. in suis, nu. 14. vers. sic de præben dis, & deinceps. ff. de liber. & posthu.

Cap. licet. 28. post med. ibi, te non vo cato. Nauarro, tom. 2. c. cû contingat. 3. causa nullitatis, num. 2. extra de rescrip.

& cap. accepta, oppositio. 8. in princ. & deinceps. & opposit. 10. in prin. & deinceps, extra de resti. spoliato. omnia. 5. dicta procedunt, nisi notoriè constet nul lum ius prædicto beneficiato ad primû beneficium competere, tunc eo non el tato possit per Episcopum priuari præ dicto beneficio, uno quod magis est, si vi priuaretur prædicto beneficio, possit intentare interdictum vide vi. vbi reser uit celebris doctor M. de Bústo, decre torû cathedræ iubilatus, magister meus vbique laudandus, dum publice legeret titulum. 3. de restitutiõ. spoliator.

Cap. cû singula. 32. in prin. conc. l. 60. titu. 5. part. 1. vbi gl. 3. & vide gl. 3. col. 2. ante fin. l. 3. titu. 16. part. 1.

Cap. præfenti. 34. post med. vers. loca, ibi, duas dietas legales. vide glo. 3. l. fina. titu. 16. part. 2. hodie autem de istis leu cis est pragmática anni. 1587. in curijs de Madrid.

Cap. si Episcopus. 37. vide cõci. Trid. ses. 21. de reforma. c. 2. in fin.

C. quodã. 40. gl. colla. idem tenet Co uar. lib. 3. varia. c. 16. in prin. & deinceps.

*De clerico agrotante. Titu. 5. Titul. 5.*

¶ Vide in Decretalibus.

Cap. pastoralis, vno. vide Bart. l. more num. 8. ff. de iurisdic. omnium iudicium. Nauarro, to. 2. c. si quando exceptio. 10. num. 10. in med. extra de rescriptis.

Glo. fin. ibi, preciosorum. vide glo. 3. iuxta fin. l. 4. titu. 5. part. 5.

*De institutionibus Titu. 6. Titul. 6.*

¶ Vide in Decretalibus.

*De concessione præbenda. Titulo. 7. Titul. 7.*

¶ Vide in Decretalibus.

Cap. quia cunctis. 1. in prin. d. bonum tex. glo. 1. l. 20. titu. 1. part. 1.

Cap. detestanda. 2. in prin. vide l. 13. titu. 5. part. 5. vbi glo. fin. per totam. Nauarro, to. 2. c. si quando, exceptio. 21. nu. 7. 8. 9. 20. & 21. & in cõfutatione cõtra riorum

Hodie.

Titul. 5.

Titul. 6.

Titul. 7.

rriorum

riorum exceptionis. 21. num. 3. Spino, speculo testamentor. glo. 4. princ. num. 103. & 104.

In tex. ad fin. ibi, reprobamus. vide l. 11. in fine, vbi glo. fin. titu. 16. part. 1. & concordat conc. Trid. ses. 24. de refor matio. cap. 19.

Glo. indirecte, ante med. vers. in se cundo. vide glo. 1. in fin. l. 12. titu. 16. part. 1.

Cap. ne captandẽ. 3. in prin. vide l. 10. titu. 16. part. 1. vbi glo. 4. Spino, speculo testamentor. gl. 4. prin. nu. 103. & 104.

Cap. si soli. 6. glo. firmitatem, in med. ibi, iam enim dies datæ. ad idem Nauar ro, tom. 2. c. si quando præludio. 3. nu. 7. extra de rescriptis.

Cap. autoritate. 7. vers. licet enim. vide Paz in praxi, tom. 2. fol. 3. col. 2. nu. 15. Sarmiento, lib. 4. selectarum. l. si ita scriptum, num. 3. ff. de liber. & posthu.

Cap. quoniam. 8. ante vers. præfenti, ibi, & vnde præfatæ constitutionis. vide l. 10. titu. 1. part. 1. vbi glo. vnica. & l. 3. ti tu. 1. lib. 2. nouæ recopilatio.

In tex. ad fin. ibi, ius in re non fuerat. vide Iaso. §. sed istæ quidem, num. 8. de actionibus, vbi allegat ad hoc quod ille dicitur habere ius in re, qui habet do minium ipsius rei. & ille ad rem, qui ha bet quasi dominium. & per solam col lationem acquiratur ius in beneficio. Couarr. lib. 3. variar. c. 16. in princ. & deinceps.

*Titul. 8. Ne sede vacante. Titu. 8.*

¶ Vide in Decretalibus.

Cap. si ad Episcopum. 1. §. cum vero. videnda sunt posita. c. illa, vers. nusquã. extra hoc titulo.

*Titul. 9. De rebus ecclesia non alienãdis. Titulo. 9.*

¶ Vide in Decretalibus hoc titulo.

Cap. dudum. 1. ante med. vers. quia vno in concessione. vide l. 5. in fine, vbi glo. fin. titu. 14. part. 1. Couarrub. lib. 2. variar. c. 17. in prin.

In tx. vers. qui etiã autẽ, in. 2. linea, ibi, solẽnis, & diligens. vide glo. 2. in fin. l. 2. titu. 14. part. 1. Auendano de execuõ. mand. reg. lib. 1. c. 3. nu. 34. & 35.

In tex. paulo inferius, ibi, cum euidẽs necessitas. notat in argumẽto gl. 6. post prin. l. 9. titu. 10. part. 1.

In tex. in fine. vide glo. 1. per tex. ibi, l. 63. titu. 18. part. 3. vbi tradit duas com munes contrarias.

Nota.

Glo. defensore. vide glo. 3. in prin. l. 63. titu. 18. part. 3.

Glo. tractatus, in prin. vide dictam l. 63. tit. 18. par. 3. vbi gl. 1. in qua tradũtur solẽnitates requisitæ in alienatione re rum ecclesiæ. & vide optimã glo. 1. an te med. l. 2. titu. 14. part. 1.

In ead. glo. ante med. vers. sed querit Bernardus nunquid, sequitur gl. 2. post prin. l. 2. titu. 12. part. 1.

Cap. hoc. 2. in prin. Couarru. lib. 2. va riar. c. 17. nu. 1. & 2. & deinceps. Nauar ro, to. 1. de spolijs clericor. §. 18. in prin. & deinceps.

In tex. post prin. ibi, laicis submittere. vide glo. 8. prope finem. l. 3. tit. 25. par. 4. & glo. 2. quæstio. 1. in med. l. 55. titu. 5. part. 5. Nauarro, tom. 3. in manuali. c. 27. numer. 126.

In tex. vers. contractus autem, in fine ibi, nec præscribendi etiam causam pa rent. vide gl. 1. post prin. l. 8. tit. 14. par. 1.

Glo. non modicũ. vide glo. 7. ante fin. l. 19. titu. 8. part. 5.

Glo. præscribendi, ibi, & hoc est spe ciale. idem tenet glo. 1. col. 3. post med. l. 8. titu. 14. part. 1.

*De rerũ permutatione. Titul. 10. Titul. 10.*

¶ Vide in Decretalibus.

Cap. licet. 1. in prin. vide Bart. in repe titio. l. si adrogator, num. 27. per totum, ff. de adoptionibus.

*De testamentis. Titulo. 11. Titul. 11.*

¶ Vide in Decretalibus.

Cap. si pater. 1. in prin. vide Bart. l. 2. in prin. nu. 3. per totum. ff. de vulgari,

& in

& in l. Centurio, num. 32. in fin. ff. eod. titulo. Couarru. c. Raynuncius. §. 9. nu. 19. extra hoc titulo. Nauarro, tom. 2. c. nouit. 3. notabi. nu. 133. extra de iudicijs.

In tx. col. 3. ad fin. ibi, absq; deductio- ne Trebelianicę. conc. l. 4. titu. 11. par. 6. vbi glo. in summa. Nauarro, tomo. 1. de re- ditib. ecclesiast. quęst. 1. §. vicesimo septimo, num. 2. per totum.

In tex. linea sequenti, ibi, iure naturę debitę, vide Anto. Gom. to. 1. c. 4. nu. 7. in prin. & per totum, & in med. versic. sexto facit, & post med. versic. neque ob- stant fundameta. & nu. 10. in fin. vbi te- net, quod etiam excluditur mater ex ta- cita pupillari, si substituatur pauperes. & vide eundem. c. 7. num. 1. & 3.

In tx. post med. col. 4. ibi, quanquam. vide glo. 19. col. 2. & gl. 21. col. 2. in prin. l. 12. titu. 5. part. 6.

In tex. paulo inferius, versic. licet autę. vide l. 7. titu. 5. part. 6. vbi glo. 3. per tota. Spino, speculo testamentor. gl. 17. prin. nu. 49. vsque ad nu. 51. & gl. 20. prin. nu. 48. & deinceps. & glo. 21. prin. nu. 17.

Glo. instituit, vide Alexand. l. si filius hęres, in prin. versic. 4. tollitur. ff. de vul- gari. & posita, authen. vt cum de appel- latio. cognos. & aliud quoque capitulū, ibi, sed nec si per quamlibet donationę, collatio. 8.

Glo. filię, in prin. vide Bart. l. Centu- rio, num. 29. in med. ff. de vulgari.

Glo. pauperes, in 2. linea, ibi, de pau- ribus loci proprij. vide glo. 7. post princ. per tex. ibi. l. 20. titu. 3. part. 5. Nauarro, tom. 1. de re diti. ecclesi. quęst. 1. §. vige- simo septimo, nu. 1. 2. & deinceps.

Glo. absq; deductioe, post med. vers. compendiosa, in linea sequenti, ibi, vel sine liberis decesserit, vide gl. 1. in med. & 2. l. 12. titu. 5. part. 6.

In ead. glo. ante fin. versic. si autem pa- ganus. idem tenet Anto. Gom. tom. 1. c. 7. nu. 4. post prin. versic. sexto, & nu. 6. ante fin. & vide glo. 19. colun. 2. per to- tam. & gl. 20. post princ. l. 12. titu. 5. partit. 6.

Glo. Trebelianicę, in 3. linea, ibi, be- ne detraheretur Trebelianica, vide gl. 3 in prin. & per totam vbi disputat. l. 4. ti- tu. 11. part. 6.

Glo. verbis, vide Bart. l. Centurio, nu. 26. per totum. ff. de vulgari.

Cap. religiosus, 2. ad fin. prin. ibi, nisi a superiore, vide l. 2. tit. 10. part. 6. vbi gl. 4. in prin. & per totam, quę eleganter tra- ctat materiam huius tex. & licet in hoc tx. prohibeatur religiosis suscipere exe- cutionę testamentorū, si tamę defacto suscipiant vel exerceant, valent & tenēt facta per ipsos, nec infirmabuntur. ita docet (pluribus relatis) Ias. l. patre furio so, nu. 13. ff. de his qui sui vel alieni iuri, sunt, vbi vide additionem, littera. A.

Glo. religiosus, ante med. ibi, & quia maior. 17. annis, vide glo. 4. in fin. l. 2. ti- tu. 10. part. 6.

§. sane, in prin. vide l. 6. titu. 10. part. 6. vbi gl. in summa. 1. & fin. per totam. & vide glo. 1. l. 18. titu. 5. part. 3.

In tex. post med. ibi, vel nimium dif- ferri cōtingat, vide gl. fi. l. 6. tit. 10. par. 6.

In tex. in fin. ibi, libere, vide gl. fina. iuxta fin. l. 6. titu. 10. part. 6.

*De sepulturis. Titul. 12.*

Titul. 12.

¶ Vide in Decretalibus.

Cap. animarum. 1. in prin. vide glo. 6. post prin. l. 5. titu. 13. part. 1. & vide con- cil. Tridę. ses. 25. de reforma. c. 13. Ioan. Gutie. de iura. confirma. 2. part. c. 4. nu. 11. versic. sed hodie, & deinceps.

Cap. cum quis. 2. §. si quis, in prin. vide glo. 2. & 5. & 6. per totam. l. 5. titu. 13. partit. 1.

Cap. is qui. 3. post med. prin. ibi, sed in- sua parochiali, vide l. 5. titu. 13. partit. 1. vbi gl. 1. quam vide per totam. & l. 7. vbi- glo. 2. in fin. eod. titulo.

Glo. ab antiquo, vide glo. 1. per totam l. 5. titu. 13. part. 1.

Cap. licet. 4. post prin. ibi, hoc tamen non potest, vide glo. 1. l. 6. titu. 13. part. 1. Nauarro, lib. 3. consilior. de sepulturis, consilio. 1. num. 1. vsque ad. 4. pagi. 213.

In

In tx. in med. versic. quanuis autę, vide glo. 5. post prin. l. 5. tit. 13. part. 1. & gl. 9. l. fin. tit. 7. part. 5. Bar. l. qui in potestate, num. 2. ad med. ff. de testamentis.

Cap. religiosi, si, in prin. intelligit Bar. l. a filio, nu. 3. ff. de alimen. legatis. & no- tat glo. 5. in med. l. 5. titu. 13. part. 1. Na- uarro, tom. 1. de regularib. 2. §. quo ad vltimas, num. 43. in med.

Glo. sepulturam, in prin. ibi, de vxore, vide Bart. in. d. l. a filio, num. 5. per totū, ff. de alimentis legatis.

*De decimis, primicijs, &c.*

*Titulo. 13.*

Titul. 13.

¶ Vide in Decretalibus.

Cap. discretioni. 1. ad fin. versic. imo. vide glo. 5. post prin. per tex. ibi, in sum- ma, titu. 20. part. 1.

Glo. decimarū, iuncto tx. hic. Nauar- ro, tom. 1. de re diti. ecclesia. quęst. 1. §. quinquagesimo nono, in prin. & nu. 1.

*De regularibus. &c. Titu. 14.*

¶ Vide in Decretalibus.

Cap. is qui. 1. in prin. vide gl. fin. l. 4. titu. 7. partit. 1. & gl. 5. in fin. l. 3. titu. 8. part. 1. & conc. l. 4. titu. 7. part. 1. vbi gl. 2 & 3. in fi. & vide conc. Trid. ses. 25. c. 15 per totum, vbi corrigit. Nauarro, tom. 1. de regularib. 4. §. post prefatam, nu. 47.

In tex. post prin. versic. quod si, per to- tum, vide d. l. 4. titu. 7. part. 1. vbi glo. 4. Nauarro, tom. 1. de regularibus. 4. §. vi- gesimo, nu. 74. & deinceps.

In tex. inferius, versic. qui vero post. Nauarro, tom. 1. de regulari. 4. §. vige- simo, nu. 74. versic. secundo, per totum.

Cap. non solum. 2. post prin. versic. vo- bis, post prin. ibi, ne ante annum proba- tionis, vide l. 3. titu. 7. part. 1. vbi glo. 1. & 5. & concil. Triden. ses. 25. c. 15. in med. Nauarro, tom. 3. in manuali. c. 27. num. 157. versic. duodecima.

In eod. versic. ante fin. ibi, professus sit tacitę vel expressę, vide glo. 3. post prin. & per tota. l. 7. tit. 7. part. 1. & corrigitur per conc. Trid. ses. 25. c. 15. in prin.

Hodie.

Cap. constitutionem. 3. in prin. eundę summarium ad hunc tx. tradit glo. 5. l. 3. titu. 7. par. 1. & quatenus dicit professę- sionem non esse faciendam ante annū probationis, & illud extēdit ad ordines medicantes, hodie autem iure concil. Tridę. ad omnes religiones extenditur, ex. c. 15. ses. 25.

Hodie.

In tex. in fin. ibi, ac triduo, vide glo. 3. iuxta fin. l. 7. titu. 7. part. 1. & ibi gl. 4. & vide glo. 1. l. 8. eod. titulo.

Cap. beneficium. 4. in prin. vide gl. 3. col. 3. in prin. l. 7. titu. 7. par. 1. & glo. 19. col. 2. post prin. l. 2. titu. 15. part. 2. & gl. 1 post prin. l. 17. titu. 1. partit. 6. & conc. Trid. ses. 6. c. 2. de residetia in ecclesiast. beneficijs, & ses. 23. de reforma. c. 1. pa- gin. 243. post med.

Cap. qui post. 5. in prin. vide l. 10. tit. 7 part. 1. vbi glo. 3.

*De voto & voti redemptione.*

*Titulo. 15.*

Titul. 15.

¶ Vide in Decretalibus.

